sculorum à successione excluduntur, semper faciunt partem ad favorem eorundem, ipsis volentibus; quando pinguiorem Legitimam consequi possunt, quia quando minor est summa in qua dotantur Fœminæ, quam portio Legitimæ, quæ illis contigit in concursu Fratrum, & hanc partem sequitur Rota *d.* 266. *p.* 1. *diversor.* & in Firmana Legitimæ coram bon. mem. Ubaldo, *quæ est in ordine* 74. *impressa post Tract.* Modern. *de legitim.* & coram me in Æsina fideicommissi 12. Februarii præteriti, Gratian. *discept.* 676. qui opiniones refert, & in hac Rotam sequendo residet, quod si dicatur de pinguiori commodo Masculorum non constare, & tunc pro parte hæredis semper poterit apponi de liquidatione Status hæreditatis, quo pendente ad Immissionem deveniri non potest, Bald. *in l.* 2. *n.* 6. *C. de Execut. rei judic.* Becc. *cons.* 5. *nu.* 6. Osasc. *decis.* 89. *num.* 5. Surd. *cons.* 248. *nu.* 8. *vol.* 2.

DECISIO IV.

R. P. D. MUTO.

Viterbien. Legitimæ.

Vener. 1. *Julii* 1695.

32 *Fœminæ secundi matrimonii, licet à Statuto exclusæ, faciunt partem ad commodum fratrum ejusdem matrimonii, non verò uterinorum primi.*

REformandam esse Domini censuerunt &c.
Quo enim ad primam fomentum reformationi sententiæ præbuit insubsistentia quantitatis portionum Legitimæ, quæ in eadem sententia Fratribus de Hondedeis in duabus ex septem partibus taxantur, nam cum novem essent Filii, duo, nempe ex priori Matrimonio, ex quibus causam habent ipsi Actores, & septem ex secundo, à quo proveniunt memorati Fratres de Buffis, Legitima in duabus ex novem partibus assignanda erat; Nam omnes Filii concurrere debent pro Æquali, juxt. Text. *in Auth. Novissima C. de inoffic. Testament.* cum aliis per Merlin. *de Legit. lib.* 1. *tit.* 4. *q.* 1. *n.* 1. 2.
Non obstante quod inter Fratres de Buffis adsint Fœminæ exclusæ per Statutum Viterbii propter Masculos; Nam nihilominus computari debent in numero Liberorum, ac faciunt numerum, atque partem, perinde ac si exclusæ à Statuto non essent, juxta communem sententiam de qua Rom. *in l. unic. n.* 67. *&* 68. *C. quando non petent. p. petent. accresc.* Rot. *in rec. d.* 137. *n.* 1. *&* 14. ubi procedere etiam in Successione Matris de opinione Rotæ testatur *part.* 6. & plenè *d.* 11. *n.* 8. *p.* 19. & post Michalor. *de Fratr. d.* 60. *nu.* 15. coram Priol. *d.* 134. *nu.* 13. Et quidem ad commodum 32
Fratrum Masculorum ejusdem Matrimonii, non autem Fratrum uterinorum primi, eo quia cum intentio Statuentium Fœminas excludendi propter Masculos fuerit, ut agnationes conserventur, talis conservatio non producitur ex Fratribus uterinis, qui non sunt agnati Sororis uterinæ; Nam sunt de aliena familia, juxta doctrinam originariam à Bald. *in Cons.* 316. *lib.* 2. quam sequuntur Paul. de Montepic. *cons.* 85. *num.* 34. Brun. *de Stat. Quod stantibus Masculis art.* 2. *quæst.* 18. *num.* 250. *cum seq.* latè Rot. *d.* 461. *n.* 6. *cum seq. par.* 2. *rec. ubi sub nu.* 6. contraria opinio Gabriel. & aliorum confutatur, *& dec.* 137. *nu.* 16. *cum seq. & dec.* 160. *n.* 27. *par.* 6. *rec.*

DECISIO V.

R. P. D. MOLINES.

Romana Legitimæ.

Lun. 23. *Januarii* 1696.

33 *Fœminæ per statutum à successionibus ab intestato exclusæ minimè reputantur mortuæ, sed faciunt, vel non faciunt numerum ad augendam legitimam, prout masculis expedit, pro eorum interesse.*

POstquam Domini &c.
In nihilo relevante; quod ad augendam Legitimam Masculorum de d. Triente ad Semissem nulla esset habenda ratio, de d. quatuor Sororibus, stante Statuto Urbis in *cap.* 145. excludente Fœminas à successionibus ab Intestato. Nam placuit DD. sequi opinionem communiter in 33
hoc Nostro Auditorio receptam, quod scilicet cum præfatum Statutum respiciat favorem Masculorum, hinc sequitur, Fœminas inibi exclusas minimè reputari uti mortuas simpliciter, sed faciunt, vel non faciunt numerum ad augendam Legitimam, prout Masculis magis expedit, pro eorum Interesse, ad tradita per Craff. *in §. Legitim. q.* 6. *n.* 7. Grat. *discept. for. c.* 594. *nu.* 22. Gabr. *variar. de Legitm. conclus.* 2. *n.* 8. Merlin. *eod. Tract. lib. tit.* 4. *q.* 3. *nu.* 17. *&* 31. Rota *in Antiq. d.* 266. *p.* 1. *divers.* & cor. Priol. *decis.* 134. *n.* 4. *& dec.* 137. *n.* 13. *p.* 6. *& dec.* 499. *n.* 11. *p.* 18. *rec.*
Et ità utraque &c.

RESPON-

RESPONSUM II.

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. D.

MARCELLI SEVEROLI,

SIGNATURÆ GRATIÆ, ET JUSTITIÆ VOTANTIS, ET DECANI &c.

IN CAUSA FLORENT. SUCCESS. AB INTEST. DE RICASOLIS.

ARGUMENTUM.

Filii ex defuncti Sorore, ut & ipsa Soror nupta Agnato remotissimo, & ultra decimum gradum comprehenduntur in Statuto Florentino *Lib.* 2. *Rubr.* 130. ejusque Reformatione, sub nomine Agnatorum vocatorum usque ad sextum, & octavum gradum respectivè, & ad exclusionem fœminarum nuptarum in extraneis familiis, necnon aliorum cognatorum, ad quem effectum sufficit, quod in dictis Filiis verificetur proximitas intra gradus præscriptos ex parte Matris, licet ex parte Patris fuissent remotiores, vel extra gradus vocatos. Idemque procedere firmatur in Majoratibus, Fideicommissis, Feudis, Patronatibus, aliisque similibus dispositionibus, pro conservatione Agnationis ordinatis, &c.

SUMMARIUM.

1 FActi series, & casus contentionis exponitur.
2 Statuti Florentini sub Rubr. 130. Lib. 2. ejusque Reformationis verba ad causam opportuna referuntur.
3 Numeri Cap. 27. & Cap. 36. dispositio de successione filiarum Isdrael adducitur, & gemina versione exornatur.
4 Lege numeri Cap. 36. cautum fuit ne possessiones ab una Tribu ad aliam neve in eadem Tribu ad aliam familiam devenirent, atque ob hanc rationem fœminis Isdraeliticis demandatum, quod marito acciperent nedum de eadem Tribu, sed de eadem familia.
5 Statuta fœminarum exclusiva, pari ratione, qua Judicio Dei Moyses motus fuit ad legem numeri ferendam, sancita dicuntur, ne scilicet bona unius familiæ in aliam diversam transeant, sed in agnatione quoad fieri potest conserventur.
6 Statuta fœminarum exclusiva esse Legi Divinæ conformia, ac cum illa prorsus convenire passim est traditum.
7 Et ad ejusdem Juris Divini imitationem condita fuisse censentur.
8 Ratio agnationis est præcipua, & finalis causa fere omnium similium Statutorum, & ob quam fœminæ per existentiam masculorum fuerunt exclusæ.
9 Leges à Deo Isdraelitis traditæ etiam ad præsens possunt ad decisionem causarum allegari, maxime illæ, quæ non fuerunt per legem posteriorem immutatæ.
10 Jus Mosaicum saltem insigne præbet exemplum, quod in Judiciis imitari debeamus.
11 Theologi, & Politici non modo, sed etiam Jurisconsulti ex priscis Hebræorum moribus, & singularibus sanctis, quæ ab ipso Numine illis, præscripta fuerunt nor-

Decis. ad Theatr. de Luca Vol. II.

mas non raro, atque argumenta sumunt in dijudicandis controversis.
12 *Per Statuta, seu Consuetudines fœminis successiones auferentes masculisque tribuentes sit reditus ad jus antiquum, itaut in veteris Juris scripti, saluberrimeque introducti renovationem censenda sint.*
13 *Et quidem origine facta ab ipsa Lege Divina.*
14 *Itaut ab ore Dei processisse, & ab ipso Justitiæ fonte derivasse communiter dicantur.*
15 *Lex à Deo per manum Moysis Isdraelitis tradita regulam, sive exemplum præbere potest pro interpretandis Statutis.*
16 *Eadem si non uti Lex veteris Testamenti, saltem uti Lex renovata, est ad præsens vel servanda, vel prorsus respicienda.*
17 *Lex, sive Constitutio unius Regni ad decisionem casuum similium, nedum finitimarum regionum, sed etiam alterius Regni valet allegari, tamquam responsum prudentum, & doctrina magistralis, quoties agitur de articulo Juris dubio ab Interpretibus non explicato, & in quo à Jure Communi, vel locali aliquid non reperitur cautum.*
18 *Etiamsi esset Lex abrogata, & non recepta.*
19 *Testatoris mens qui agnationi prospicere voluit aliter, quam fuerit dispositum per Statutum ex Lege Divina conjectanda, & declaranda est.*
20 *A Decurionum consortio extraneus si Decurioni succedat quartam partem successionis Curiæ debet; Sed hoc limitatur in filia nupta Curiali, quam integrum hæreditatis dominium habere sancitur.*
21 *Filia Curialis, itemque Curiali nupta immunis à quartæ datione servatur, cum per maritum ejus curiæ sit satisfactum, licet secus sit quoad alias filias non sic nuptas, aut ad hæredes extraneos in reliquam partem hæredes relictos, quorum respectu quartam partem Curia consequitur.*
22 *Mulier nubens Curiali per Maritum habet id quod per se habere non potest, illusque radiis refulget.*
23 *Nulla existit differentia sive per filios, sive per generos curia in filiabus fuerit aucta, & per illarum filios novi additi Curiales: ex quibus curiæ commoditatibus reperiatur consultum.*
24 *Curiarum, & Curialium licet moribus nostris nullus sit usus, & eorum conditio hodie videatur obsoleta, quamvis invicem in nonnullis aliquam similitudinem habeant.*
25 *Nihilominus ratio earumdem legum, quæ de Curialibus loquuntur, adhuc in aliis omnibus etiam ad præsens valet.*
26 Gregor. Lopez ad partit. Hispan. in gloss. ad l. 3. verbo

mugeres quæst. 11. tit. 3. part. 6. *ex dispositione legis de Curialibus loquentis inducit, & firmat filiam possessoris nuptam alicui de agnatione in majoratu succedere, etiamsi per disponentem fuerit dictum, quod fœminæ non succederent.*

27 Ferdinand. Pizzaro in discurs. legal. fundam. 3. §. 2. lit. C. *iisdem Juribus allegatis, hoc ipsum repetit, & sequitur.*

28 Perez de Lara compend. vit. hom. cap. 30. à nu. 102. *illud idem simili medio confirmat.*

29 *Prima causa, & finis, ob quem Institutores faciunt de bonis suis majoratus est propriæ agnationis conservatio, nevè per successionem fœminarum, & extraneorum pereat, sed permaneat, & per se reluceat.*

30 *Majoratus successionis benè deservire possunt pro declarandis successionibus statutariis, maximè cum ab ipso principio Legis Divinæ, à quo Statuta originem trahunt, majoratuum ratio etiam initium desumat.*

31 *Patria Statuta præ omnibus esse servanda Civium Florentiæ sollicita est cura.*

32 *Statuta quoad successiones intestatas Civitatis Testamentum esse dicuntur.*

33 *Voluntas defuncti ab intestato saltem permissiva ea esse censetur, quam Statutum præsumit determinando successiones eorum favore, quibus credit illum fuisse relictum, si testatus obiisset.*

34 *Hæc præsumptio non admittit probationem in contrarium & talitèr succedens habetur, ac si esset hæres scriptus in Testamento.*

35 *Verba ablativi absoluti*, „ existentibus agnatis „ *inducunt dispositionem, perindè ac si fuisset cautum, quod hæreditas ad ipsos pertineret exclusis aliis omnibus in Statuti verbis non comprehensis.*

36 *Ubi Statuti verba habent locum, illius quoque dispositio locum habere debet.*

37 *Mens, & ratio Statuti potissimum inspicienda est.*

38 *Mentem, & rationem habere satis est, quamvis verba Statuti deficiant, imò quoties de ea constat, licèt etiam verba offendere mentem servando, & rationi inhærendo.*

49 *Utraque pars Statuti nempè inclusiva, & exclusiva ad effectum successionis agnatorum verificari debet.*

40 *Ratio unica, & finalis Statuti Florentini, per quod fœminæ à successione excluduntur ea fuit, quod bona in agnatione serventur, quæ ratio, vel expressa, vel pro expressa debet inibi haberi.*

41 *Ex hac finali ratione quamvis non expressa condita censentur similia Statuta, ideoque sola videtur admittenda, uti interpretatio non extensiva, sed intellectiva.*

42 *Reformationes additæ Statuto Florentino, quibus illius dispositio fuit ampliata ad alios agnatos magis declarant causam finalem, & unicam fuisse conservationem agnationis.*

43 *Ex generali ratione in omnes, & singulas partes Statuti influente habetur expressum, quod non odio personarum sed solo favore agnationis Statutum sit conditum.*

44 *Fœmina agnata non extantibus masculis ex Statuti dispositione ad intestatam successionem admittenda est.*

45 *Statutum considerandum, quatenus respicit agnationis conservationem, & perpetuitatem, quæ est causa finalis similium Statutorum, ac sola de mente Statuentium.*

46 *Per sororem conservari, & continuari non valet agnatio ex quo nubendo in alienam familiam propriam agnationem potius destruit, quam conservet.*

47 *Et illus successio hujusmodi conservationi, & continuationi potius repugnat.*

48 *Nec dum Statutum consideravit favorem agnationis illa agnata dici meretur.*

49 *In successionibus causa perpetua est consideranda, nec illa persona admittenda, quæ agnationem in posterum supprimere debet.*

50 *A ratione conservationis bonorum in agnatione argumentum deducitur tum ad Statutum, quam ad alias similes dispositiones interpretandas.*

51 Agnati *verbum positivum in Statuto latius interpretatur, ac etiam de transversalibus, & de agnatis lineæ contentivæ intelligitur.*

52 *Verbum* Agnati *est latissimum, & restringi minimè potest* num. 53.

54 Agnatorum *vocabulum de omnibus ex communi stipite descendentibus, & per virilem sexum conjunctis, quivè portant idem Nomen, & Insignia intelligitur.*

55 *Et propter suam generalitatem tam descendentes, quam transversales uno eodemque nomine agnatorum complectitur.*

56 *Agnati magis propriè dicuntur transversales, quam descendentes. Agnatio enim ea est, quæ collateralibus conficitur.*

57 *Agnatis vocatis intelligitur de omnibus ex linea effectiva, & contentiva, quamvis in gradu remotiva.* Et num. 58.

59 *Dispositio facta, ut bona conserventur in agnatione dicitur favorabilis, ideoque præcipuè de agnatis lineæ contentivæ intelligitur.*

60 *Statutum vocans agnatos per gradus nonnisi de collateralibus intellexisse videtur, quia computatio graduum fit inter collaterales, non inter descendentes, inter quos datur succedendi prærogativa ratione ordinis, non ratione gradus.*

61 *Statuentes vocando agnatos usque ad octavum gradum, voluerunt intelligere de linea contentiva, non autem effectiva, ne super insolito, & impossibili disposuisse videantur.*

62 *Statutum, seu Reformatio Florentina favore collaterali fuit condita.*

63 *Et sine dubio quoties de tempore delatæ successionis lineæ effectiva locum habere non potest, quia nullus ex descendentibus extet, vel antea defecerint.*

64 *Statuta favore agnatorum dispondentia de collateralibus, ex linea contentiva sensisse censentur semper in casu, quo alias agnatio deficeret.*

65 *Aliud est, quod quis sit verè, & propriè agnatus, aliud verò, quod habeat jura agnationis ad effectum succedendi.*

66 *Agnatio in infinitum se protendit, & dantur agnati, quamvis millesimo gradu distent, absque eo quod jus succedendi ad id obesse possit.* Et n. 67.

68 *Agnatio est quoddam jus sanguinis, sicque naturale, & immutabile, quod nullo Jure Civili dirimi valet.*

69 *Successiones hæreditariæ sunt Juris Civilis, sivè ex Testamento, sivè ab intestato deferuntur.* Et n. 70.

71 *Agnati dicuntur verè, & proprie tales dum habent mitium agnationis, utpotè qui descendunt à communi stipite, & cui omnes ab eo descendentes conjungi necesse est.*

72 *Causa naturalis agnationis nequit recipere mutationem ab effectu civili succedendi.*

73 *Jura gentilitia hodie in usu non sunt, sed Jura agnatitia tantum, quæ porriguntur in infinitum.*

74 *Agnati ab intestato veniebant usque in infinitum, & eis deficientibus etiam in infinitum vocabantur gentiles, nempè ingenui homines ex ingenuis parentibus orti, qui essent ejusdem nominis tantum, non tamen ejusdem familiæ.*

75 *Agnatio infinita est, nec certo fine graduum circumscribitur.* Et n. 76.

77 *Gentiles separati erant ab agnatis, cum quibus similitudine nominis, non autem identitate familiæ conveniebant.*

78 Cujaceus ad l. alienationis 28. ff. de verb. signif. *latè, & veridicè explicatur.* Et n. seqq.

79 *Gentiles dicebantur, qui ex generatione communionem habebant ejusdem Gentis.*

80 *Gentiles licet cum agnatis gentilitium nomen haberent commune, id non erat ratione familiæ, sed ratione gentilitatis, ideoque Gentiles dicti, quia similitudine nominis conveniebant.*

81 *Agnati sunt Gentiles, & Agnati simul cum nemo agnatus, qui non sit gentilis, at non omnes gentiles sunt ejusdem agnationis.*

82 *Linea collateralis est paralella, & habet relationem ad lineam recti descensus, cui dicitur collateralis, & utraque derivatur ab eodem stipite.*

83 *Statutum non præsumitur excludere fœminas uti fœminas, neque vocare masculos uti masculos, sed ad effectum conservandi agnationes.*

84 *Statutum quatenus excludit fœminas propter masculos semper est censendum intellexisse de illis masculis, qui agnationem conservant, vel conservare sunt apti.*

85 *Nul-*

85 *Nulla alia ratio reddi potest, quæ fuerit causa motiva Statuentium ad impendendum tantum favorem masculis, nisi quia per masculos conservantur familiæ, & dignitates earum.*

86 *Sola qualitas masculinitatis non est satis ad effectum succedendi ad præscriptum Statutorum.*

87 *Ex hoc quod fœminæ extraneis maritis nubendo de illorum familiæ efficiuntur, sicque ad proprii generis memoriam conservandam remanent ineptæ Statuentes fuerunt moti ad illas excludendas.*

88 *Agnatis masculis ortis ex nuptiis patris agnati, & matris ab eadem agnatione descendentis defertur successio ad quam masculi agnati fuerunt vocati pro conservatione agnationis, quæ in illis versatus, ac si essent proximiores à masculis procreati.*

89 *Hæc opinio probatur verior, & magis communis, à qua nullatenus Judex debet in judicando recedere.*

90 *Non desunt, qui credant ridiculum esse aliter sentire.*

91 *Exclusio matris influit etiam in cæteros, qui per tale medium propagantur tamquam conjunctos per radicem infectam sed contrarium* num. seqq.

92 *Fœminarum medium non est dijudicandum inhabile quoties eædem fuerunt aliquo modo consideratæ, nec uti exclusæ perpetuò rejectæ in successione statutaria.*

93 Rot. decis. 89. sub num. 13. par. 6. rec. *apposito declaratur.*

94 Bellon. Iun. cons. 2. sub num. 77. *pariter ad rem explicatur.*

95 *Soror in Statuto veteri fuit præ electa ad graviorem effectum succedendi per se ipsam in hæreditate fratris ad exclusionem matris, & agnatorum usque ad octavum gradum.*

96 *Soror in reformatione exclusa intelligitur, quando nubit in aliena familia, sed cum est nupta in sua favor agnationis non cessat, imo majorem recipit perpetuitatem, ideoque illius persona, ac medium dicendum est à Statuto consideratum uti habile, & proficuum ad effectum successionis.*

97 *Pro sorore nuta in familia adsunt novæ Reformationes à contrario sensu, & ex ratione causæ finalis conservandi agnationem.*

98 *Argumentum à contrario sensu benè proceditur in Statutis.*

99 *Vt favori agnationis magis esset consultum fuit in Statuto dictum, quod nulla mulier, vel ejus filii fratri ab intestato succedere posset.*

100 *In filiis fœminę nupię in familia, quia sunt de agnatione quæ per eos sicuti per alios agnatos conservatur cessare debet exclusio.*

101 *Argumentum à contrario sensus ad evitandum absurdum procedit etiam in Statutis correctoriis.*

102 *Masculis procreatis ex fœmina nupta in agnatione fortius successio est deferenda, quamvis per medium matris id contingat, cum cesset ratio infectionis, & prevaleat ratio, ob quam masculis sunt vocati fœminis exclusis.*

103 *Natus ex, fœmina dicitur excludi à gradu, à quo excluditur fœmina, quæ sit inhabilis, secus quando non esset inhabilis, imò succederet, & nepotem ex fratre tamquam remotiorem excluderet.*

104 *Mulier nupta Viro ejusdem agnationis debet succedere vigore dispositionis, per quam favore agnationis sunt fœminæ exclusæ, & masculi vocati,* & num. 105. *ubi quod id nullum habet dubium.*

106 *In fœmina, quę in familia nupsit militat ratio, ob quam masculi sunt vocati, nempe conservationis agnationis quæ tanquam generalis debet omnes comprehendere, in quibus talis ratio vigebat,* & n. 107. *etiamsi speciale dictum sit.*

108 *Ratione exclusionis cessante fœmina nupta in familia omninò admitti debet.*

109 *Voluntas disponentium non solùm debet observari in his, quæ constat cogitasse, sed etiam in non cogitatis, quæ si cogitassent, idem verisimiliter respondissent.*

110 *Ratio exclusionis cessat, & contraria admissionis militat in fœmina nupta in familia ideoque admitti debet tamquam sub ratione comprehensa.*

111 *Fœmina nupta in familia est habenda pro masculo,*

ac uti Masculus diiudicanda, ad effectum successionis.

112 *Fœmina nupta in familia beneficio legis, aut verisimilis mentis disponentis videtur mutare sexum, & in ea esse extinctam conditionem muliebrem, ex quo non est considerandus sexus, sed id quod per sexum repræsentatur.*

113 *Idem in similibus terminis agnationis artificialis arguunt Doctores.*

114 *Sexus quatenus aliquid fœminæ adimat id ex Viro ejusdem agnationis supplerur, atque ita ambo conjuges mutuo auxilio innixi justitiam omnem hæreditatis implere dicuntur.*

115 *In Statuto Florentino, & similibus ideo de masculis fuit facta mentio, quia per agnatos virilis sexus contingit secundum communiter accidentia perpetuari, & conservari memoriam agnationis, & agnatorum.*

116 *Vbi masculi mentio facta est in dispositione ratione frequentioris, illius appellatione fœmina non excluditur.*

117 *Ea quæ sunt posita ratione frequentioris usus, non restringunt dispositionem, nec excludunt casum minus frequentem, præsertim si ratio dispositionis sit apta comprehendere utrumque casum.*

118 *Fœminæ nuptæ in propria familia ad successionem sunt admittendæ, nedum exclusis aliis fœminis viris extraneatum familiarum copulatis, sed etiam ipsis masculis agnatis gradu remotioribus, tamquam comprehensæ in capite inclusivo, & in exclusivo non subintellectæ ex concurrenti ratione inclusionis masculorum, & ex cessante ratione exclusionis fœminarum.*

119 *Aliquibus admissis ad successionem aliis exclusis, inclusi censentur omnes, in quibus eadem ratio inclusionis procedit, quamvis alias in dispositione non expressi.*

120 *In exclusione generali non censentur comprehensi illi, in quibus ratio deficit exclusionis.*

121 *Masculi ex fœminis nuptis in familia debent succedere quamvis per earum medium id contingat, illorum favore cumulando jura, quæ ipsis fœminis favent.*

122 *Masculis ex fœminis, uti masculis, & agnatis verba clara, & ratio aperta opitulantur.*

123 *Et ideo satis juridicum est, ut ipsi succedant,* & n. 124. *ac si expresè fuissent in dispositione vocati.*

125 *Prima ex rebus judicatis favore fœminarum nuptarum familia nempè prò Isabella Vxore Ferdinandi V. Regis Catholici contra Joannem Regem Tarraconæ occasione successionis Regnorum Castellæ per Supremum Consilium, & Magnates Hispaniæ decisæ.*

126 *Secunda edita per Alphonsum Primum Regem Neapolis super fideicommisso facto favore masculorum Familiæ Sanseverinæ cum perpetua fœminarum exclusione, ad quod fuit admissa fœmina nupta agnato remotiori reiecto masculo propinquiori.*

127 *Tertia, in qua Supremum Italiæ Consilium determinavit tribuendam esse Duci Montis Leonis facultatem eligendi, quemlibet successorem de familia, cui filiam nuptis traderet, non obstante avito fideicommisso, quo fœminis semper exclusis, masculi de familia etiam in gradu remotiori fuerant vocati.*

128 *Hęc determinatio justitiæ consentanea in utroque foro, ac secundum veritatem prædicatur.*

129 *Quarta, per Magnam Curiam Neapolis declarantem relictum domus, quod Testator voluit pervenire de hærede in hæredem sibi propinquiorem de linea masculina de familia Pisacana spectare ad filiam fœminam in familia nupta exclusò masculo propinquiori in gradu agnatio.*

130 *Quinta, qua fuit judicatum in Curia Episcopali Ravellensi admittendam esse fœminam nuptam in familia una cum aliis masculis ad præsentandum in beneficio Juris patronatus ad solos masculos ex fundatione spectante.*

131 *Hoc judicatum emanasse re maturè examinata, & discussa cum voto doctissimorum Virorum pro veritate requisitorum asseritur.*

132 *Sexta Decisio in favorem Camillæ Caietanæ naptæ in familia, & Francisci Caietani Duci Sermonetæ ejus filii, quamvis per fideicommittentem invitatis solis ma-*

sculi, & ipsis deficientibus substituto Rege, & rejecto etiam Duce Laurenzani agnato in gradu masculino proximiori.

133 *Septima, res judicata per Rotam Florentinam in Causa de Barbolanis, admittendo ad successionem fideicommissariam agnatos masculos proximiores, ex parte matris agnatæ, exclusis aliis masculis proximioribus ex parte patris.*

134 *Res judicatæ, & Supremorum Tribunalium placita innegabiliter comprobant, quæ fuerunt asserta, dum non semel, sed pluries, & non ab uno, sed à pluribus, & Clarissimis Judicibus fuit ita responsum.*

135 *Exempla Juribus, & rationibus innixa indubitanter ostendunt, quid in re sit agendum.*

136 *In feudalibus successionibus tradita habentur tàm ratione, quàm effectu perindè ac si de successione fideicommissi agnatitii dicta fuissent.*

137 *In feudis regularibus, seu ordinariis masculi dumtaxat ad successionem sunt vocati, fœminis exclusis.*

148 *Et quidem ad agnationum splendorem conservandum, ac promovendum.*

139 *Fideicommissa, aliæque ultimæ voluntates, ac hominum dispositiones, Statutis æquiparantur, & pariformiter interpretantur.*

140 *Ex iisdem regulis, & conjecturis, quibus Testatorum mens elicitur, à Statuentibus disposita quoque declarantur.*

141 *Ab ultimis voluntatibus ad Statuta, & è contra aptissimè argui valet.*

142 *Doctores plures asseruntur, qui ab aliis expensas pro determinandis successionibus fideicommissariis deducunt ad decernendas successiones statutarias favore fœminarum cum Viro de eadem agnatione nuptarum, aut filiorum, qui per idem medium sint proximiores, scilicet.*

143 Mangil. de imput. quæst. 59. n. 5.

144 Odd. cons. 146. sub n. 60. vers. quod scilicet.

145 Guidobon. advoc. civil. 100. à princip. ad n. 13.

146 Bottilier. de successf. ab intestat. c. 1. theor. 2. num. 64. & 65.

147 Rodoer ad pragmat. 33. de feud. c. 7. n. 8.

148 Actolin. res. 13. n. 18. in fin.

149 Rot. decis. 53. n. 10. & seqq. par. 7. recent.

150 Angel. cons. 283. sub n. 3. ad fin. *qui loquitur in terminis Statuti Florentini, & eum cæteri communiter sequuntur.*

151 *Dictio* licet *est adversativa præcedentium, & casum minus dubium indicat.*

152 *Fœmina nupta in familia debet considerari, sicuti ii, qui tanquam ad conservandam agnationem apti ad similes successiones sunt vocati à cessante, & respectivè concurrente ratione, qua fœminæ sunt exclusæ, & masculi inclusi.*

153 *Quæ insolita sunt, & raro eveniunt, postquam eveniunt habent omnia, quæ habent illi, qui ad feudum vocantur.*

154 *Fœmina in familia nubentes admittuntur ad agnatitias successiones, quia de eis non censetur in capite exclusivo cogitatum, & habent omnia, quæ habent vocati in capite inclusivo.*

155 *Casus mulieris nubentis in familia uti rarò contingens non videtur habendus in consideratione; sed contrarium firmatur* n. 156.

157 *His, quæ rarò accidunt aptantur leges, quæ quoad ea, quæ frequentius accidunt, fuerunt constitutæ.*

158 *Casus conservationis agnationis per fœminam nuptam in familia, quamvis raro contingens, quoties accidit, est judicandus, juxta ea, quæ fuerunt favore masculorum constituta.*

159 *Oppositum in opposito operatur idem, quam propositum in proposito.*

160 *A natura contrariorum uterque casus determinatur.*

161 *Filii sororis sunt cum defuncto in tertio consanguinitatis gradu conjuncti, juxtà Juris Civilis computationem, quam servandam esse voluit Statutum Florentinum,* num. 162.

163 *Possibile est, quod quis ex uno latere sit proximior, licet ex alio sit remotior.*

164 *Gradus est habitudo, seu mutuus respectus personarum, quæ cognatione se invicem attingunt, vel distantia propinquitatis, qua dignoscitur quantum personæ inter se differant, vel adhæreant.*

165 *Sive id per patris, vel matris personam contingat.*

166 *Sicque satis est, quod conjungantur ex persona matris.*

167 *In agnato apto ad conservandam agnationem propinquitas est consideranda secundum naturam quomodocumque proveniat.*

168 *Ratio regulat quamlibet dispositionem, sive sit testamentaria, sive alia, eam restringendo, vel ampliando.*

169 *Propinquitas ex parte matris habet eundem effectum, ut gradus per illam unitus cum agnatione faciat implementum perfectæ successionis.*

170 *Agnatio, cognatio, & proximitas in uno, eodemque subjecto concurrentes mutuo auxilio faciunt unum integrale perfectissimum, propter quod proximitas deducta à matre nupta in familia, & qualitas agnationis à patre derivata, ac in filiis insimul unitæ ita univocantur, ut quæ genitoribus fortasse non proficiebant ipsis prosint ad esse perfecti, & proximi agnati.*

171 *Quæ de sui natura sunt dividua ratione adjuncti individua efficiuntur.*

172 *Qualitates agnationis, & gradus, licet dividantur in causa producente in personis, nempè genitorum benè in eorum filiis sunt dicendæ individuæ, & inseparabiles.*

173 *Filii agnationem à patre, & gradum à matre desumunt ita ab utriusque parentis natura aliquid participando.*

174 *Filii etsi nomen, & familiam matris non sequantur, sed à patre tanquam agente denominentur, cum tamen etiam ex matris sanguine oriantur ratione compositi, materna nobilitate clariores fiunt.*

175 *Gradus proximior à matre derivari potest.*

176 *Masculi ex agnatitiis nuptiis suscepti ad successiones admittuntur, nedùm uti agnati, sed uti proximiores, ad exclusionem agnatorum remotiorum, quamvis ista major proximitas deducatur ex parte matris nupta Viro de eadem familia.*

177 *Doctores omnes allegati asserunt, vel uti certum supponunt, quod per filios fœminarum nuptarum in familia gradus possit derivari à matre ad hoc ut tamquam agnati ex parte patris, & intra gradus proximitatis quam habent per matrem sint ad similes successiones admittendi.*

178 *Gradus prærogativa non aliundè sumitur, quam ex ordine proximitatis.*

179 *Major, & minor proximitas, nonnisi juxtà proximitatem graduum dijudicatur.*

180 *Proximus, sive proximior agnatus is dicitur, qui obtinet primum successionis gradum.*

181 *Habens qualitates agnati à patre, & proximioris à mater, non separatas in sui persona, sed unitas, licet in origine diversas, est ad successionem admittendus, quamvis uti agnatus sit remotior, & uti proximior videatur cognatus, & exclusus, quia exclusio remanet imaginaria dum ex prædicta unione efficitur verus & perfectus agnatus intra gradus à Statuto requisitos, sicque cessat ratio exclusionis, & concurrit id, quod requiritur pro inclusione.*

182 *Agnationis, & proximitatis unio dicitur sequuta in ipso patre agnato statim ac cum muliere de eadem familia nuptias contraxit, ex quibus dum maritus efficitur una caro, & sanguis cum uxore, ipse quoque uxoris gradum videtur assumere, exindeque proximior agnatus evadit ad effectum succedendi consanguineis uxoris posthabitis aliis agnatis inferioris gradus.*

183 *Affinibus successiones jurà non deferunt, sed declaratur* num. seqq.

184 *Affinitas est conjunctio personarum, quæ anteà diversarum erant cognationum, & copulantur per nuptias, ex quibus fit causa conjungendæ affinitatis.*

185 *Conjunctio ex affinitate conferre videtur etiam in successionibus, quamvis per affinitatem illæ non deferantur.*

186 *In affinibus non considerantur gradus separati, & distincti, cum iidem sint, qui consanguinitatis sunt gradus.*

187 *Ex*

187 *Ex affinitate unita conjunctioni aliquid pluris additur hoc, ut in viro, qui cum muliere ejusdem familiæ connubium contraxit, eo magis agnatio, & proximitas sint dicendæ copulatæ, & ipsi in esse veri agnati proximioris judicetur constitutus.*

188 *In filiis ex agnatitiis nuptiis susceptis validius procedit unio agnationis à patre, & proximitatis à matre, quia adest etiam gradus sanguinis, itaut eo fortius sint dicendi agnati proximiores.*

189 *Filii ab ipso patre tam agnationem, quam proximitatem desumere possunt, dum in illius persona fuerunt antea copulatæ, sicque idem pater ex agnato remotiori fuerat effectus agnatus proximior.*

190 *Qualitas nova superveniens enti unius speciei illud diversificai, & in aliam speciem transfert.*

191 *In successionibus alterius beneficio, quis consequitur ea, quæ jure proprio obtinere nequit. Quod etiam procedit in terminis successionum, quæ vigore Statutorum deferuntur,* nu. 192.

193 *Agnatio est matre nupta in familia, & per eam agnatio conservatur.*

194 *Dispositio agnatitia, quæ spectat ad matrem, multo magis ad filios agnatos ab ea editos spectare debet.*

195 *Proximitas, quæ habetur per fœminam nuptam in eadem familia est agnatitia, ex qua idem effectus, qui ex proximitate cum viro satis superque resultat.*

196 *Alieni à Jure agnati matris eius liberi non sunt, dum agnatio, etiam ipsa sublata permanet, & ratio omnis quiescit, propter quam jus diversum aliàs constitui solet.*

197 *Agnatio hoc casu duplici via conservatur, ex quo mater est de agnatione, itidem & pater.*

198 *Licet masculus ex masculo duplici jure nitatur, attamen non est magis de agnatione, quam masculus ex fœmina in ea nupta, qui ulterius est proximior, sicque pariter duplici jure nititur.*

199 *Fœminæ licet sint exclusæ à successione majoratus ratione conservationis bonorum in agnatione, attamen si aliqua fœmina nubat in eadem familia, & sit proximior aliis agnatis, tunc illa, & ejus liberi admittuntur ad successionem tamquam proximiores, & agnati de eadem domo, & familia.*

200 *Quod fœmina, familiæ suæ caput & finis sit intelligitur, nisi cum nupta est in familia, quo casu & ipsa admittitur tanquam agnata, & ipsi quoque liberi tanquam agnati, licet sint remotiores persona patris inspecta, dummodo sint proximiores inspecta matre.*

201 *Et quoad ipsos filios nemo est qui contradicat.*

202 *Nepos masculus ex fœmina nupta in agnatione præferri debet aliis agnatis in gradu posterioribus, quia cum sit agnatus sicut alii, & etiam proximior per matrem debet ipse solus admitti.*

203 *Mulier in familia nupta agnationem conservat, & familiam continuat, imo, & agnationis gradum continuare potest.*

204 *Et ita etiam eædem continuantur per ipsius filios.*

205 *Fœminarum interpositio non obstat in agnatione artificiali, in qua ad veræ agnationis imitationem communiter pro agnatis recognoscuntur masculi à fœminis descendentes.*

206 *Fortius in successionibus statutariis, in quibus id evenit ex ipsa lege Statuti, considerato effectu ex ratione ob quam isti masculi agnati sunt habendi, ac si fœmina non se interposuerit.*

207 *Causa agnationis perdendæ cessante in fœmina nupta in familia, jus tolli non convenit, quod propter ipsius agnationis favorem fuit adinventum.*

208 *Gradus filiorum sororis, quamvis alias in ordine cognatorum per Justinianum ad Juris agnatitii formam in legitimas successiones fuit translatus.*

209 *Filii sororis inter hæredes legitimos loco agnatorum recensetur.*

210 *In filiis sororis viro de eadem agnatione nuptæ verè agnationis ratio versatur, & ad eos Jura agnationis æque competunt, ac sic ex agnato masculo essent procreati.*

211 *Filii sororis ex Juris Communis dispositione æquiparantur veris agnatis.*

212 *Atque considerantur uti masculi agnati per virilem sexum conjuncti.*

213 Redenasc. cons. 27. *latè declaratur* num. seqq.

214 *Filii sororis, quos Jus voluit loco agnatorum haberi disputativè dici possunt propriè agnati, vel si non sint propriè agnati largè, & impropriè dicuntur tales* num. 215.

216 *Filii sororis quoad jus succedendi ex liberalitate legis inter agnatos sunt admittendi, etiam in successionibus statutariis.*

217 *Statutum favore agnationis conditum vocando agnatos, per quos agnatio potest conservari, non censetur intelligere de filius sororis nuptæ in aliena familia.*

218 *Statutum etiam casum fictum comprehendere valet, quando verus, & fictus æquiparantur, & in utroque militat eadem ratio conservationis agnationis.*

219 *Ex Statuentium mente, & ratione verba etiam impropriissimè accipi possunt.*

220 *Per filios sororis, quæ in familia nupsit conservatur agnatio, ideoque etiam in Statutis quod jus agnationis loco agnatorum sunt admittendi.*

221 *Agnatorum nomine in re, quæ solum adaptatur agnatis stricto modo sumptis non veniunt filii sororis, per quos agnatio conservari non potest, secus verò, ubi non fuit considerata ratio agnationis, etiam in successionibus à dispositionibus Statutorum provenientibus.*

222 *Agnationis conservatio, quando est primaria, & finalis ratio Statuti, tunc licet arguere ad ejus extensionem etiam ad casus fictos, & impropriis.*

223 *Statuti provisio respiciens favorem agnationis, quamvis relata ad unum casum continet etiam alium, qui est similis expresso, etiamsi ita sit per fictionem.*

224 *Etiamsi non esset omnimoda similitudo, dum est eadem identitas rationis conservandæ agnationis,* num. 224.

225 *Casus fictus quoties transit in eamdem veritatem, & revolvitur in ipsam rem, de qua loquitur Statutum, semper id quod ab eo fuit dispositum, in casu vero habet locum in casu ficto.*

226 *Casus fictus comprehenditur in Statuto, quando est ejusdem effectus, ac verus, ut quia habeat eamdem operationem respectu implementi ipsius dispositionis Statuti.*

227 *Et sine dubio si id eveniat, ex quo per Jus Commune Statutum hanc interpretationem passivam recipiat, vel quia casus verus, & fictus ab eodem Jure Communi sunt æquiparati.*

228 *Descendentes ex fœminis quoties sunt agnati propter patrem in ea proximitate dicuntur constituti, qua de Jure Communi in succedendo parem vim habet, ac illa ex parte patris, ideoque valent succedere uti proximiores agnati.*

229 *Successionis vigore Statutorum ad similitudinem legitimarum successionum sunt regulandæ.*

230 *Statuta sunt intelligenda secundum leges loquentes de ultimis voluntatibus.*

231 *Filii etiam data matris exclusione ex propria persona succedere valent non tanquam matris hæredes, sed diverso jure, & diversa ratione in ipsis militante, atque habent jus succedendi à lege, & non à matre.*

232 *Præcipuè quando mater obiit ante apertam successionem.*

233 *Qualitas admissiva, vel exclusiva attenditur solùm de tempore apertæ successionis, & de quo illa effectum sortitur.*

234 *Mater ob nuptias cum viro de eadem familia contractas non est in parte exclusiva Statuti comprehensa, sed inò foret ad successionem admittenda, si talis fuisset reperta in illo instanti delatæ successionis.*

235 *Proximitas est, quia distinctum ab agnatione, utpotè pertinens ad gradum, cujus vigore quis succedit uti proximior, & agnatio est qualitas cohærens persona, ideoque quis succedit uti agnatus proximior quoties qualitas agnatitia sibi cohæret, & gradus à matre mutuatur.*

236 *Non obstante fœminarum statutaria exclusione earum filii succedunt ex propria persona repræsentando gradum matris, etiam in successione transversalium, seu collaterallium.*

237 *Proximitas matris non tribuit habilitatem ad succeden-*

dendum ei, qui non sit de genere contemplato, quive uti talis non videtur vocatus; sed declaratus num. seqq.

238 *Proximior non ideo qui est, quia succedit, sed è contra quia est proximior, ideo succedit.*

239 *Proximitas est Jus universale, & genericum denotans sanguinis conjunctionem, quæ per agnatos, & cognatos participatur, ex quo omnes descendentes a communi stipite inter se conjunguntur.*

240 *In majoratuum successione in primis est inspicienda linea deinde sexus, & ultimo ætas, atque non est curandum de gradu nisi in linea, nec de sexu nisi in gradu nec de ætate nisi in sexu.*

241 *De vocatione comprehensorum in parte inclusiva Statuti non est dubitandum cum, hæc ex ipsa inclusione oriatur.*

242 *Fœmina nupta in familia ad fideicommissum agnatitium, in quo soli masculis fuerunt vocati, admittenda est.*

243 *Benignius agitur cum dispositione legis, quam cum dispositione hominis.*

244 *Agnationis ratio in Statutis amplior em recipit interpretationem; quam in Testamentis, in quibus strictior fit interpretatio.*

245 *Statuta præsumuntur fundata in ratione agnationis, secus in hominum dispositione, in quibus uti voluntatis talis ratio dici nequit necessario a Testatore considerata, cum ex alia diversa causa possint moveri, & stet pro ratione voluntas.*

246 *In Statutis nil aliud quærendum, quam qui sint sub illius ratione comprehensi.*

247 *Ratione Statuti concurrente procedit etiam ejus dispositio.*

248 *In Statutis per fœminarum exclusionem censetur vocata agnatio.*

249 *Neque considerantur personæ, sed ratio agnationis, quæ in ipsis personis concurrit.*

250 *Expressum in Statuto dicitur id, in quo versatur eadem ratio.*

251 *Quæ ex Statuti ratione resultant, ex Statuto provenire dicuntur.*

252 *Nec extra Statuti verba censentur esse desumpta.*

253 *Filii fœminæ in agnatione tamquam veri, & perfecti agnati possunt desumere gradum a matre, ut intra gradus Statuti censeantur constituti, adeoque vocati dicantur.*

254 *Filii prædicti succedunt desumendo nudam agnationem, & gradum a patre, sed etiam agnationem, & proximitatem a matre, cujus gradus dicitur verè agnatitius.*

255 *Dum militat eadem Statuti ratio dicitur esse comprehensio, atque inclusio.*

256 *Vocatio oritur ex inclusione in Statuto.*

257 *Statuta exclusiva uti favore agnationis condita sunt simpliciter, & absolutè favorabilia.*

258 *Et sine dubio quoad partem inclusivam, in qua ipsius agnationis conservationi providetur.*

259 *Aut saltem non sunt odiosa odio irrationabili.*

260 *Statuta prædicta debent extendi ad omnes casus, & personas, per quas idem agnationis favor valet verificari.*

261 *Itaut non dicatur extensio, sed comprehensio.*

262 *Etiamsi ratio non appareret expressa, sed subintelligeretur tamquam unica, & finalis, prout in Statuto Florentino, quia non est extensio sed inclusio.*

263 *Fœminæ nuptæ in familia non sunt comprehensæ in parte exclusiva Statuti; ubi casus iste dijudicatus omissus, ut ad præscriptum Juris Communis sint ad successionem admittenda, ac si Statutum non extaret.*

264 *Mulier ita nupta succedit vigore dispositionum favore agnationis factarum.*

265 *Casus fœminæ nuptæ in agnatione, & ejus filiorum non dicitur omissus, sed comprehensus in parte inclusiva Statuti, cujus ratio in illis plene verificatur, quod satis est, ut non dicatur omissus, licet verba deficiant.*

266 *Quamvis ratio non sit scripta, & versemur in correctoriis.*

267 *Casus omissus, quando est similis expresso, & militat eadem ratio habetur pro expresso.*

268 *Casus omissus, quando habet eumdem effectum, quam expressus non præsumitur consulto omissus.*

269 *Nedum quoties constat hanc esse verisimilem mentem disponentis, sed etiamsi de hac mente non constaret, neque id contineretur ex virtute expressi.*

270 *Casuum diversitas dici non potest, sed potius identitas, ubi idem resultat effectus, & ex cujus eventu ita mens disponentis verificatur, ut ex eventu casus expressi.*

271 *Casus legis est exemplum, & legis ratio est lex ad comprehendendum omnes casus, in quibus eadem ratio viget, quamvis sit limitata, & correctoria.*

272 *Oculus legis, omnia videt, ac intuetur.*

273 *Provisio de uno casu facta porrigitur ad alium, etiam non comprehensum virtute expressi, quando verisimilis mensum ita suadet.*

274 *Satis est, quod casus contingat licet raro, ut verisimiliter non sit dicendus a Statuentibus incogitatus.*

275 *Quoties agitur de casu insulto, sed in ratione comprehenso, ex eadem suppletur casus omissus, nec disponenti est imputandum, quod casum insolitum non cogitaverit.*

276 *Absolutum, & successivum fideicommissum intelligitur procedere gradatim de uno in alium.*

277 *Opinio Riccardi de Malumbra solum habet locum, quando ex vocatione masculorum fuerit habitus respectus ad agnationem.*

278 *Sub denominatione masculorum sunt comprehensi, nedum masculi, qui per mascules, sed etiam, qui per fœminas descendunt.*

279 *Opinio Riccardi de Malumbra non procedit in casu, in quo agitur de masculo ex fœmina nupta in agnatione.*

280 *Leges veteres abrogatæ novis cedunt, quæ tamquam posteriores sunt attendendæ.*

281 *Licitum non est rem decidere ex Statuto veteri correcto.*

282 *Novæ Reformationes dum simpliciter, & generaliter vocant agnatos masculos, absque distinctione sunt intelligendæ.*

283 *Masculinitas non est consideranda nisi in consequentiam & tamquam Instrumentum causæ finalis, quæ est agnationis favor, non autem ipsa causa.*

284 *Reformatores, cum aliquid non expressérint eo modo, quo erant expressa in veteri Statuto, censendum est illa omittere voluisse, ut Statutum in hoc remaneret correctum, & declaratum.*

285 *Omissum in recentiori lege consulto judicatur omissum, ut legis antiquæ esset derogatum, & ut in ea scriptum amplius locum non habeat.*

286 *Per novam Reformationem generalem est abrogatum Statutum antiquum, quamvis speciale, ubi ad invicem non se compatiuntur.*

287 *In Statuto veteri Florentino plura fuerunt a Statuentibus inadvertenter dicta.*

288 *In his, quæ Reformatores correxerunt, & immutarunt vetus Statutum est abrogatum.*

289 *Mens Statuentium præcipuè est spectanda.*

290 *Novæ Reformationes a veteri Statuto interpretationem non recipiunt, sed simpliciter sunt intelligendæ, & per illas Statutum vetus est dijudicandum abrogatum.*

291 *Sive nova Reformatio sit veteri Statuto contraria, sive illius declaratoria.*

292 *Statutum Florentinum, ut alia similia fuerunt condita habito respectu ad divisionem patrimoniorum.*

193 *Statuto, seu lege correcta, censentur etiam correcta ea omnia, quæ ejus occasione facta fuerunt.*

294 *Ut bona revertantur ad suum principium, & ad eam lineam, a qua derivarunt fuit potissima ratio similium Constitutionum.*

295 *Quod sit servanda gradus prærogativa, & quod succedant proximiores idem est.*

296 *Idem est dicere ex linea patris, quam ex parte patris.*

297 *Prout verba per lineam paternam, seu per lineam masculinam idem important.*

298 *Per dicta verba Statuentes nil aliud dicere voluerunt, quam ex parte patris, & per hoc fuerunt significati agnati, & ipsa agnatio.*

299 *Sta-*

299 *Statuta favorabilia non sunt restringenda, sed potius ampliandæ.*

300 *In eorum interpretatione rigor non est adhibendus, sed neglectio verborum cortice ex rationibus sunt intelligenda.*

301 *Statutum favore agnationis editum intelligendum est de agnatis, per quos agnatio retinetur.*

302 *In filiis fœminæ nuptæ in agnationem verificatur ratio agnationis.*

303 *Licet nepos ex filia non dicatur de linea masculina, hoc tamen procedit quando pater non est de agnatione, sed quando pater est de agnatione ridiculum esset dicere contrarium.*

304 *Idemque quando sunt vocati descendentes per lineam masculinam.*

305 *Fœmina hoc casu est de linea masculina patris.*

306 *Multò magis illius filii tàm patre inspectio, quàm matre, quæ consideratur, ac si in ea linea fœmina non se interposuerit.*

207 *Masculi ex his nuptiis procreati dicuntur agnati, ac si essent masculi ex masculo.*

308 *Et de linea masculina, seù de liberis masculis Avi materni.*

309 *Vel ex linea, vel per lineam, aut de linea, sunt distinctiones verbales non attendendæ.*

310 *Cessante ratione exclusionis statutariæ cessare debet, etiam exclusio.*

311 *Verba universalia quoscumque, & quomodocumque et si contineant major expressis, tamen intelliguntur, juxtà subiectam materiam, & naturam actus, & intra hos limites illorum universalitas limitari, restringi debet.*

312 *Verba quamvis universalia intelligi debent eo fine, quo prolata sunt, & habita ratione ejus, ad quod disponens respexerat, & secundum causam, ob quam dispositio facta fuerat.*

313 *Nullum verbum est tam universale, quod ratione circumstantiarum non restringatur.*

314 Rota decis. 89. part. 6. recent. *latè, & multipliciter declaratur.*

315 *Item* decis. 53. part. 7. *consimiliter explicatur, & retorquetur.*

316 *Itidemque* decis. 84. par. 5. *non obstare demostratur.*

317 *Agnatio est nomen amplissimum, & genericum non habens significationem specialem, sed comprehendens omnes eos, in quibus cadit illius conservationis favor.*

318 *Frater utrinque coniunctus non excludit consanguineum, quia conservatio agnationis considerata in Statutis fieri potest per simpliciter conjunctum, ac per conjunctum ex utroque latere.*

319 *Doctores in contrarium relati loquuntur in casibus diversis, nec sunt habendi in consideratione.*

320 *Opinio illa tenenda est pro qua adsunt regulæ juris, rationes validissimæ, & præcipuè illustrium Interpretum, ac Supremorum Tribunalium placita.*

321 *Satis est rem esse dubiam, ut capi debeat interpretatio pro fœminarum exclusione ad favorem agnatorum, & ad agnationis conservationem.*

1 JUre Divino quodammodo dirimendam videtur contentio, quæ ad præsens emergit, occasione obitus Baronis Bracci de Ricasolis sine prole, superstitibus, Magdalena Sorore Vidua relicta quond. Alexandri del Sera, necnon Barone Bettino, & Barone Abb. Octaviano Fratribus, & quinque eorum Sororibus, videlicet Marchionissa Maria Blanca, Maria Catharina, & Francisca, omnibus, Viris alienarum Familiarum nuptis, ac Maria Minimo, & Maria Francisca ambabus Monialibus Professis, Nepotibus, Neptibusque respective ortis ex Cassandra ipsius Braccii Sorore prædefuncta; ac cum Leone de eadem Familia, & agnatione de Ricasolis, cum viveret nupta. Cui nempè ex prædictis ejusdem Braccii intestata successio sit deferenda. An omnibus infimul admissis, vel potiùs solis Bettino, & Octaviano, uti masculis, Magdalena Matertera, propriisque Sororibus, utpotè fœ-
2 minis, exclusis, stantibus Statuto Florentino; *Qualiter Mulier ab intestato succedat, Rubr.* 130. *Lib.* 2. & novis Reformationibus illi de Anno 1620. additis, in quibus ità cautum reperitur, nempè in Statuto, *Et Decision. ad Theatr. de Luca Vol. II.*

nulla Mulier, vel ejus Filii, vel Filiæ succedere possint alicui Fratri dictæ Mulieris ab intestato, si dicto ejus Fratri existerent Filius, vel Filii, Filia vel Filiæ, Nepos, vel Neptes ex eis Frater, aut Fratres, Filius, aut Filii, masculus, aut masculi ex dicto Fratre, vel Fratribus, vel Patruus, &c. existant, Et in novis Reformationibus, *In secondo principali Capite præd. Statuti incipiente, Et nulla Mulier, vel ejus Filii, &c., ubi agitur de hæreditate Fratris deferenda, vel ne Sorori, decretum, & sancitum fuit, nedum existentibus personis indicto Capite Statuti nominatis, sed etiam existentibus agnatis masculis, usque ad dictum sextum gradum exclusivè, ab hæreditate ab intestato Sororem omnino exclusam fore, &c.* & paucis interjectis, quibus mox dicta ad Aviam, Proaviam, & alios Ascendentes paternos fuerunt ampliata, sic superadditum, *Alias verò omnes Mulieres transversales, & omnes, ac quoscumque tali decedenti quomodocumque conjunctos per easdem Mulieres, decretum, & sancitum fuit, succedere non posse defunctæ personæ, existentibus agnatis masculis usque in octavum gradum inclusivè, salva tamen successione Nepotibus in concursu Amitæ maternæ, seu alterius personæ, quibus Juris repræsentationis in hoc casu non sit præjudicatum, &c.* Et latius legere est apud Card. De Luc. *de statut. success. inter partic. statutor. extrà Stat. Ecclesiast. par.* 3. *fol.* 362. & 364. *Edit. Roman.*

Successionum etenim juribus à Deo, per manum Moysis in Campestribus Moab Filiis Israel constitutis, legeque perpetua *Numer. Cap.* 27. mandatum, ut filia non 3
aliter ad hæreditatis paternæ possessionem vocaretur, quàm si Patri suo filius nullus adesset, cum Judæi postmodum fœminarum quoque rationem habuerint, ita tamen, ut eas semper excluderent masculi in eodem gradu cognationis extantes, indeque occasione filiarum Salpha prole masculina minimè relicta, vererentur, ne per filiam hæreditas ex una Tribu, & ex una familia tribus in aliam transferretur, illud quoque à Moyse præcipiente Domino, superiori Constitutioni *Cap.* 36. *vers.* 8. additum fuit. *ut omnis filia, quæ possideret hæreditatem aliquam ex Tribubus filiorum Israelis, nuberet omnino uni ex familia Tribus Patris sui, ut ità obtinerent filiis Israelis quisque hæreditatem suam*, quemadmodum ex Textu Hebraico refert *Jacob Perizonius differt. Triad. differt.* 2. *de lege vocinia, fœminarumque apud veter. hæredit. pag.* 109. & 110. vel ut in editione vulgata legitur: *Et cunctæ fœminæ de eadem Tribu Maritos accipient, ut hæreditas permaneat in familiis*. Et quidem, ut præfata ratio in ipsa lege expressa, conservationis nempe hæreditatis in familiis fuerit ejusdem scopus, & finis ut ibi communiter animadvertunt Interpretes, inter quos *Tirinus* ità subdit, *notæ occasione legis jam dictæ puellas Hebreas, quandocumque vel ob morbum, vel ob imbecillitatem fratrum, aliorumque fratrum spem habeant futuræ successionis, ne hæreditate frustrarentur, vel illi renunciasse censerentur, solitas suæ Tribus, & familiæ Viris nubere, nam quo casu nupsissent alienis, & si postea sublatis fratribus, & propinquis, forte devolveretur ad ipsas hæreditas, non succedebant tamen in hæreditate, quia matrimonio suo cum extraneis censebantur Juri suo renunciasse, & tunc hæreditas illa ad alios propinquos ejusdem Tribus, & Familiæ transibat, perindè ac si nullæ tales puellæ superfuissent*, quod etiam repetit *Jacobus Bonfrerius* rem latiùs exornans, & animadvertens ulterius perperam ab *Alphonso Tostato Episcopo Abulensi*, & aliis nonnullis fuisse creditum, legem præfatam, ea ratione dumtaxat fuisse latam, ne sortes Tribuum confunderentur, cum satis constet in eadem Tribu plures extitisse familias, quandoquidem passim Tribus in familias distinguebantur, itaque non tantum ea lege cautum, ne possessiones ab una Tribu ad aliam transferrentur, sed etiam ne in eadem Tribu ad aliam familiam devenirent, atque ob id fœminis Israelitis, ad quas hæreditates devolverentur, demandatum, quod Maritos acciperent, nedùm de eadem Tribu, sed de eadem familia, ut in Textu Hebræo superius relato; Cùm quibusque sacri Juris Expositoribus con- 4
veniunt etiam nostri Juris Interpretes, ut videre est ex traditis per *Brun. de statut. fœmin. exclus. art.* 3. *num.* 13. *Marquard. de Susann. de Judæis, & aliis Infidel. par.* 2. *princ. cap.* 2. *num.* 5. Joachin. Stephan. *de jurisdict. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 16. & 17. Raudens. *de analog. lib.* 1.

cap. 15. *num.* 263. Rimin. jun. *cons.* 275. *num.* 38. *& seqq.* Zas. *cons.* 1. *num.* 53. *&* 62. *lib.* 2. Card. de Luc. *in commentar. ad Constitut. Innocentii* XI. *de statutar. success.* §. 3. *num.* 3. Gob. *de jur. intest. success. in prælud. numer.* 4. unà cum aliis ibi relatis, & latiùs per Petr. Gonzalez de Salzed. *de leg. polit. lib.* 2. *cap.* 14. *à numer.* 60. *ad* 74. Roxas *de incompatibil. Regnor. & majorat. part.* 3. *cap.* 5. *à num.* 1. *ad* 8. ibique Ferdinand. Alphonf. dell' Aquila *in addit.* ubi *sub num.* 1. recitat. ex parte verba *Tirini* mox relata, Quidquid aliter præfato *Tossati* erroneo intellectui innixa crediderit, Rot. cor. Coccin. *decis.* 676. *num.* 40. *& seqq. repetit. in recent. dec.* 414. *num.* 8. *& seqq. par.* 1. illiusque fidem sequutus, R. P. D. Ansald. *de comerc. & merc. disc.* 41. *num.* 26.

Quamobre cum negari non valeat, quin Statuta fæminarum exclusiva, & inter hæc Statutum Florentinum, de quo agitur, pari ratione, qua Judicio Dei Moyses fuerat commotus ad legem præfatam decernendam, dicantur sancita, ne bona unius familiæ in aliam diversam transeant, sed in agnatione, quoad fieri poteſt, con-
9 serventur, ut singillatim ponderat Cavagnol. *observ. ad decret. Montisferrat. lib.* 2. *ad decret. lib.* 73. *quæst.* 1. *sub numer.* 18. & latiùs patebit ex his, quæ infra dicemus, atque ob idem Legi Divinæ esse conformia, ac cum illa
6 prorsus convenire passim sit traditum, ut per Harprecht *in* §. *Item vetustas numer.* 16. *Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer.* Decian. *consil.* 17. *numer.* 31. *vol.* 1. Mantua *consil.* 159. *numer.* 1. *tom.* 1. Vulte. *inter consil. Accad. Marsburgens. consil.* 29. *numer.* 30. *vol.* 2. Redenasc. *consil.* 23. *numer.* 32. *in fin.* Beinell. *consil.* 12. *num.* 15. Reynoso *observat.* 14. *num.* 22. Bonden. *colluct. legal.* 31. *num.* 103. *&* 106. *vol.* 2. Thomat. *decision.* 204. *num.* 11. Armenzan. *decision.* 2. *num.* 15. Rota coram Merlin. *decision.* 353. *numer.* 8. *& decision.* 740. *numer.* 3.
7 quinimò ad ejusdem Juris Divini imitationem fuisse condita, cum aliis animadvertat Gob. *ubi supra in prælud. sub num.* 3. *vers. conditum tandem*, utique etiam pro certo erit habendum, quod talia Statuta ab eadem Lege Divina declarationem recipiendo, ità sint intelligenda, ut præsertim in parte qualitativa, & inclusiva masculorum, ob quorum existentiam fœminæ sunt exclusæ, voluerint esse comprahensos filios masculos fœminarum in familia, & agnatione Defuncti nuptarum, per quos tam genus, & generis memoriam, quàm Agnatorum patrimonia, maximè non existentibus aliis masculis agnatis, valent in agnatione nedùm servari, sed & perpetuari, nam ut diximus, hæc est ratio præcipua, & causa finalis ferè omnium similium Statutorum, & ob quam fœminæ per
8 existentiam masculorum fuerunt exclusæ, juxtà cumulata per Bellon. *de jur. accresc. tom.* 3. *cap.* 9. *quæst.* 12. *numer.* 22. & 103. & suit hujusce Statuti Florentini, ut adnotat Angel. *consil.* 183. *sub numer.* 5. *post med.* cum aliis infra recensendis. Ideoque non incongruum erit asserere, ex præfata Lege Divina, ut præmisimus, omni, & quacumque alia disceptatione fortasse relicta posse in casu, de quo agitur, declarari successionem controversam, ad solos Barones Bettinum, & Abbatem Octavianum spectare debere uti masculos ortos ex Casandra nupta in eadem agnatione, & familia, ex qua ortus fuerat Braccius de Ricasolis ab intestato defunctus, & per quos illius bona hæreditaria in ejus familia, & agnatione nedum conservari, sed & perpetuari valent, & sic comprahenso in parte qualitativa, & inclusiva Statuti, exclusis prorsus Magdalena, & propriis sororibus, uti fæminis nuptis in alienis familiis, & per quarum filios id obtineri minimè poteſt, atque sic Statuto in parte exclusiva literaliter rejectis.

Nam etsi Lege Mosaica hodie non videamur obstringi, Jurique à Deo Israelitis tradito, non simus obnoxii, nihilominus omisso, quod non desunt, qui asserunt easdem Leges, etiam ad præsens posse decisionem Causarum allegari, maximè illas, quæ non fuerunt per legem posteriorem immutatæ, ut præcipuè, quoad legem, de
9 qua est sermo, cum aliis credit Raudens. *responf.* 4. *numer.* 69. *lib.* 1 Cum omnibus sit in comperto, idem jus saltem insigne præbere exemplum, quod imitari debeamus, ut occasione pariter Legis præfatæ animadvertit
10 Paganin. Gaudent. *exercit. de leg. quæ fœmin. à success. repellit. capit.* 1. *ad fin. impress. post libr.* 2. *de Justinian. sæcul. morib.* junctis generaliter traditis per Myeres *de majorat par.* 1. *in init. numer.* 16. *in fin. & numer.* 47. *cum seq.*, necnon, quod non modo Theologi, & Politici, sed etiam Jurisconsulti ex priscis Hebræorum moribus, & singularibus sancitis, quæ ab ipso Numine illis præscripta fuerunt subnixi, normas non rarò, atque argumenta in diiudicandis controversiis sumunt, ut præ cæteris adnotat Salden. *de success. in bon. defunct. ad ll. Hæ-* 11
braeor. in prologomen. pag. 2., ubi & hac ratione opus illud à se conscriptum subindicat. Proculdubiò lex præfata respicienda erit in decernenda successione ab intestato, stante Statuto fœminarum exclusivo, cum per similia Statuta, sivè Consuetudines fœminis successiones auferentes, masculisque tribuentes, quæ nedùm per universam ferè Italiam, singulasque ejus Civitates servantur, sed per maximam Orbis partem florent, & vigent, fuerit reditum ad jus antiquum, itaùt nonnisi in veteris Juris scripti, saluberrimèque introducti renovationem, illa esse censenda, scribant Curt. Jun. *in l.* 1. 12
vers. secundo principaliter Cod. de successor. edict. & in l. qui se patris numer. 75. *Cod. undè liber.* Cravett. *consil.* 243. *sub numer.* 3. *versic. ideò tale jus statutarium*, Fab. de Anna *consil.* 118. *sub numer.* 16. *versic. erit ergo libr.* 2. Eugen. *consil.* 37. *numer.* 25. *tom.* 2. Cyriac. *controv.* 353. *numer.* 18. Muscul. *de success. convent. memb.* 2. *class.* 1. *conclus.* 4. *numer.* 133. Knipschild. *de fideicom. fam. nob. cap.* 8. *numer.* 201. De Philipp. *differt. Fiscal.* 39. *numer.* 30. latè Rot. *in Nepesina Legitimæ sub die* 26. *Aprilis* 1697. coram Muto *impress. post Albit. de inconst. in judic. decis.* 69. *numer.* 13. 14. & 15. Et quidem origine facta ab ipsa Lege Divina superiùs animadversa Jo. de Anan. *in cap. Judæi num.* 13. *ad fin. versic. quia tali* 13
statutæ, de Judæis, ubi quod ob id fuit laudabilis reditus, Alex. *consil.* 142. *numer.* 11. *libr.* 7. Knichen. *de Vetustaar. paction. part.* 1. *cap.* 4. *numer.* 4. *versic. undè scaturiunt*, Gallin. *de verb. signific. lib.* 8. *capit.* 12. *sub numer.* 43. Cavagnol. *ad decret. Montis fer. lib.* 2. *in observat. ad dict. decret.* 73. §. 1. *quæst.* 1. *eodem num.* 18. *in princip.* ita quidem ut ab ore Dei processisse, & ab ipso Justitiæ fonte derivasse communiter dicantur, ut per Mantic. *de conject. ultim. volunt. libr.* 6. *tit.* 7. *numer.* 17. 14
Corn. *consil.* 127. *numer.* 2. *vol.* 2. Aldovin. *consil.* 104.
21 *numer.* 24. Fichard. *consil.* 3. *numer.* 15. *versic. ex allegatis libr.* 1. Jovitum *de solemnit. in contract. minor. gloss.* 12. §. 4. *numer.* 111. Zaul. *in observ. ad Statut. Favent. lib.* 3. *rubr.* 27. *numer.* 3. Gob. *de jur. intest. success. in prælud. sub numer.* 3. *versic. conditum*, & *numer.* 4. sicque propterea eadem Lex à Deo per manum Moysis Israelitis tradita, nedùm regulam, sivè exemplum præbere possit pro interpretandi Statutis, de quibus agitur, ad tradita per Marth. *de success. legal. part.* 3. *quæst.* 2. *artic.* 3. *numer.* 19. *in fin.* sed immò si non uti lex Veteris Testa-
menti, saltem uti lex renovata, sit ad præsens vel ser- 16
vanda, vel prorsus respicienda, juxta ea, quæ de ipsa benè disserit Gulielm. *de Benedict. in repet. cap. Raynutius, verb. & uxorem nomine Adelasiam sub numer.* 28. *de testam.* undè eamdem in similibus controversiis ferè semper allegari adnotat Cavagnol. *ubi sup. ead. quæst.* 1. *n.* 36. *ad med.*

Addito quod quemadmodum est receptum, quod lex, sivè constitutio præcipua alicujus Regni, vel Provinciæ, immò & Civitatis, ad decisionem casuum similium, nedùm finitimarum Regionum, sed etiam alterius Regni, diversæque Provinciæ, & Civitatis valet allegari, aut saltem in argumentationem trahi, tanquam responsa Prudentium, & doctrina magistralis, quoties agitur de articulo à Juris dubio ab Interpretibus non explicato, & in quo à Jure sive communi, sive locali, aliquid non reperitur cautum juxtà deducta per Fulv. Constant. *in l.* 1. *nu-* 17
mer. 36. *versic. non desinam mirari Cod. de filiis Official. libr.* 12. Carleval. *de judic. tom.* 2. *libr.* 1. *tit.* 3. *disput.* 8. *numer.* 132. Capon. *discept. forens.* 252. *num.* 131. *tom.* 4. De Luc. *de regal. discurs.* 83. *sub numer.* 4. *de testam. discurs.* 30. *numer.* 17. *& discur.* 32. *numer.* 8. *& de success. ab intest. discurs.* 41. *numer.* 192. Conciol. *ad Statut. Eugub. in prælud. numer.* 20. Rocc. *disput. jur. select. cap.* 73.
numer. 13. Etiamsi esset lex abrogata, & non recepta, ex 18
cumulatis per Paz. *de tenut. capit.* 57. *numer.* 99. & 100. & Salgad. *in labyrint. credit. part.* 2 *capit.* 20. *numer.* 23. & 34. Ita multo magis id locum obtinere debebit in lege præcipiente Divino Numine omnium æquissimo, & ju-

& justissimo legislatores sancita, ut nempè ex illa decidendæ sint quæstiones, quæ circa successiones simili ratione à Statuto exclusivo fœminarum derivantes, oriri possunt si aliàs contingat esse dubias, nec specialiter determinatas, aut, eamdem valere præbere regulam, quomodo similia Statuta sint intelligenda, saltem uti legem juri naturæ consentaneam, cum nil aliud sit id, quod per Jus Divinum Moysis ministero, atque opera fuerat Populo Israelitico traditum, quàm juris naturalis expressio, simili planè modo, quo ob id Testatoris mentem, qui agnationi prospicere in votis habuit, & aliter, quàm Statutum, fuerat loquutus, sicque illius successio ab ejusdem Statuti dispositione diversa regi non valeret, quemadmodum aliàs regulariter fieri solet; ex præfata Lege Divina conjectandam, & declarandam
19 esse voluerunt. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 7. *sub num.* 16. & 17. Galvan. *cons.* 40. *sub num.* 9. & 10.

Concurrente potissimùm pari dispositione Juris Cæsarei, seù Civilis, ejusque sanè, quod hodie pro jure communi habetur, quæ itidem ad resolutionem casus nostri non parùm conferre videtur, perpensis Sanctionibus Imperatorum Theodosii, & Justiniani relatis *in lib. meminimus* 2. *& in lib. si quis* 3. *C. quando*, *& quibus quarta pars debeatur ex bonis Decurion. & de mod. distribut. eor. lib.* 10. quatenùs in priori, postquam
20 fuerat decretum, quod si Extraneus à Decurionum consortio succederet Decurioni, quarta pars successionis Curiæ deberetur, nonnullaque quoad hanc quartam partem præfinita, sic legitur demandatum, *Ad Filiorum verò Curialium, vel Nepotum, ac Pronepotum, scilicet Decurionum similitudinem, ad quos integras opes pervenire censuimus: Filiam, quin etiam Neptem, Proneptem Principali*) h.e. Decurioni, seu Curiali, ut ibi adnotat Glossa) *ejusdem Civitatis, undè Pater, Avus, vel Proavus oritur, nuptam, rerum, vel ab intestato, vel ex dispositione ultima voluntatis quæsitarum, integrum, nullaque parte diminutum, dominium habere censuimus &c.* In posteriori vero, cum omnibus per Theodosium hac sua Constitutione non visum fuerit provisum ita
21 per Justinianum fuit additum, *Ad hoc sancimus, si quas Curialis, filiabus pluribus derelictis ab hac luce fuerit subtractus, quarum una Curiali ejusdem nupserit Civitatis, aliis filiabus, quæ ad hujusmodi vota non migraverint, vel Extraneis in reliquam partem hæredibus derelictis, non videri Curiæ ex sententia Legis Theodosianæ ad Appollonium scriptæ satisfieri, sed omnino quartam partem patrimonii Curia consequatur: sivè uni filiæ, quæ Curialibus nuptiis copulata sit, deputanda, sivè ex aliis hæredibus colligenda; Filia proculdubio, quæ Curiali nupsit, immunis ab hujusmodi quartæ datione servanda; Cum per Maritum ejus quantum ad ipsius Personam Curiæ fit satisfactum; Et hoc observari, non solum si ultimo elogio condito, Testator Curialis decesserit, sed etiam si intestato diem suum obierit &c.* Atque sanè respectis rationibus, ex quibus prædicta in præfatis juribus fuerunt constituta, quia nempè per Maritum Mulier nubens Curiali habet id, quod per se habere non poteſt, illiusque ra-
22 diis refulget, ut animadvertit Jo: de Platea *in d. l. meminimus* §. *ad filiorum sub nu.* 1. *vers. ut sic.* Et quia per Maritum, quantum ad Mulieris personam est satisfactum, ut in sua posteriori Constitutione Justinianus monuit in verbis recensitis, nec non quia, ut alibi per eosdem Imperatores reperitur traditum nulla existit differentia, sive per filios, sive per Generos Curia in Filiabus fuerit aucta, & per illarum filias novi additi Curiales, cum nihil intersit, quod istorum modorum Curiæ Com-
23 moditatibus reperiatur consultum, ut per Theodosium *in l. si quis* 3. *in fin. C. de natur. liber.*, *& per Justinian. in novell.* 89. *cap.* 3. *in fin. sive authen. colat.* 7. *tit.* 1. *quib. mod. natural. efficiant sui*, *& de eorum*, *sive ex testam. sive ab intest. success.* §. *si verò ab initio*, *& ibi Gloss. in verb. eorum.*

Hæc enim convenire cum præfata dispositione Juris Mosayci de se patet, & conferre ad decisionem casus nostri non videtur contendendum, quia licèt Curiarum,
24 & Curialium istiusmodi moribus nostris nullus sit usus, ut animadvertit Ritthershuf. *in exposit. method. novellar. par.* 1. *cap.* 7 *num.* 23. eorumdemque Curialium conditio hodie videatur obsoleta, cum non eadem sint ad præsens nomina Magistratuum, & officiorum distributio, prout olim erant, quamvis invicem in nonnullis aliquam similitudinem habere videantur, ut ponderat Gudelin. *comment. de jur. novissim. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 26. Nihilominus earumdem legum ratio adhuc in aliis omnibus etiam ad præsens valet, ut præcipuè docent DecKer, *differt. Jur. & dec. in Belg. factar. differt.* 2. *sub num.* 51. §. *Tertius incidet.*, *ad med.* Christin. *Curt. Belgic. dec.* 35. *num.* 5. *vol.* 5. Et satis ad rem evincitur ex his, quæ in proximis terminis successionis in majoratu tradit Gregor. Lopez. *ad Partit. Hispan. in gloss. ad l.* 3. *verb. Mugeres quæst.* 11. *tit.* 3. *Partit.* 6. dum superius relata 26
l. meminimus §. *Ad filiorum C. quand. & quib. quartæ pars*, *&c. lib.* 10. tanquam casum suum præcipuè determinante, ex illius dispositione firmat, quod si contingat, tempore quo Majoratus defertur, filiam possessoris reperiri nuptam alicui de agnatione, & genere Disponentis, ac de ejus familia, & cognomine, seù appellatione, eadem succedere debet, ex quo Maritus est de agnatione, & familia etiamsi aliam si per disponentem in majoratu constituendo fuerit dictum, quod fœminæ non succederent, quia per mulieres perdi solet generis memoria, cum transeant in alienam familiam, quod sequitur, & repetit, iisdem juribus itidem allegatis, Ferdinand. Pizarro *discurs. legal. de la obligacion, què tienen los Rejes a premiar los servicios de sus Vassallos en ellos, ò en sub Descendentes gundam.* 3. §. 2. *fol.* 37. *& præcipuè in not. marginal. lit. C. impress. post suum opus inscript. Varones Illustres del nuevo Mundo &c.* Nec non ex iis, quæ in eisdem partiter terminis latè disserit Perez de Lara 28
in Compend. vit. homin. in Jur. cap. 30. *a num.* 102., dum ad ostendendum, quod filius descendens à filia possessoris majoratus agnatitii, quæ nupserat agnato, succedere debet Avo materno, & præferri alteri agnato transversali fundatoris, quamvis proximiori, inter cætera, quæ ad hoc probandum deducit *num.* 104. affert *dd. l.* 3. *C. de natural. lib. & authen. quib. mod. natural. effic. legit.* inferendo quod quemadmodum ex illis juribus habetur, quod capacitas mariti porrigitur ad Uxorem, ita qualitas ejusdem agnatitia efficere debet, quo si superveneret Uxori, filia ex huiusmodi nuptiis orta, succedere valeat in Majoratu agnatitio, excluso agnato transversalis, quam *Laræ* sententiam in puncto juris veram esse dicit Ferdinand. Alphonf. del Aquila *in addit. ad Roxas de incompatibil. majorat. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 348.

Sicque proindè pariformiter ex dispositione eorumdem jurium valebit confirmari id, quod supra asseruimus, ut nempè attento Statuto Florentino, fœminas extantibus masculis favore agnationis excludente, Bettinus, & Octavianus, pèr quos agnatio, & fam lia Braccii de Riccasolis, de cujus intestata successione agitur conservari poteſt, utpotè filii Casandræ, cum Leone de eadem agnatione, & familia nuptæ, succedere sint dicendi exclusis Magdalena Matertera, ac propriis Sororibus, uti nuptis in alienis familiis, & per quarum filios eadem agnatio, & familia defuncti conservari non poteſt, eadem planè ratione, qua Mulierem nuptam Curiali, fuit in præfatis juribus dictum relevari debere ab onere solvendi quartam, ex quo per ejus filios Curiæ commoditatibus remanebat consultum, & ipsa per Maritum fuerat consequuta capacitatem, sive qualitatem aptam ad liberè succedendum in bonis Curiali, ad eamque teneri mulierem nuptam extraneo, & non Curiali, atque simili planè modo, quo ex eorumdem jurium dispositione Lopez, Pizarro, & Lara voluerunt in suis casibus, quod Mulier nupta Viro de agnatione, & familia Disponentis valeat per se, vel per ejus filios succedere in majoratu agnatitio, à quo fœminæ fuerant exclusæ, cum itidem par sit similium Statutorum, & Majoratuum ratio, ex quo in istis, quemadmodum in illis, prima causa, primusque finis, ob quem faciunt Institutores de bonis suis majoratus, sit propriæ agnationis, familiæque memoria, & conservatio, neve per successionem fœminarum, & extraneorum propria agnatio, & familia pereat, sed permaneat, & per se reluceat ex gratuito beneficio ob bonum publicum ab ejs relicto, ut cum multis tradunt Molin. de Hispan. *primogenit. lib.* 1. *cap.* 1. *in fin. cap.* 3. *numer.* 14. *& cap.* 4. *num.* 12. Vela *differt.* 49. *num.* 2. Capyc. Latr. *consult.* 134. *num.* 41. *tom.* 2. Pegal. *de exclus. inclus. success.*

& erect. major. part. 1. *cap.* 2. *numer.* 3. Adeoque deducta per Doctores prò declarandis successionibus in majoratibus æquè benè deservire poterunt pro declarandis ipsis successionibus statutariis; maximè cum ab ipso principio Legis Mosaicæ, à quò Statuta illa originem trahere supra asservimus, majoratuum ratio etiam initium desumat,
30 ut post cæteros animadvertit Salzed. *de leg. politic. lib.* 2. *cap.* 14. & præcipuè *num.* 73. ex Simanc. *de primogen Hispan. cap.* 5.

Ceterum rem etiam ad terminos ipsius Statuti Florentini perstringendo, sive quia agitur de causa apud Clarissimos ejusdem Civitatis Magistratus discutienda, ubi patria Statuta præ omnibus esse servanda fuorum Civium solli-
31 cita est cura teste Magon. *Florentin. decis.* 6. *numer.* 4. sive quia quoad istas successiones intestatas, hujusmodi Statuta, Legis municipalis, sivè Civitatis Testamen-
32 tum esse dicuntur, ut pluribus relatis adnotant Gob. *de jur intestat. success. in prælud. numer.* 1. & Rota coram Cels. *decision.* 248. *numer.* 11. *in Viterbiens. Donationis* 26. *Junii* 1690. §. *Et jure quidem coram Hervavult, & in Romana Pecuniaria* 5. *Iunii* 1699. *coram Ansald. impress. apud Palm. Nep. Lucen. decision.* 271. *num.* 8. *part.* 3., sivè demùm quia ea censetur esse voluntas defuncti saltem permissiva, quam Statutum conjectatur, seù præsumit, decernendo successiones eorum favore, quibus credit illum fuisse relicturum, si testatus obiisset ad tra-
33 dita per De Luca *de success. ab intestat. disc.* 7. *sub numer.* 13. *& de Statut. success.* §. 19. *sub numer.* 8. Joan. Philipp. *respons.* 48. *num.* 15. & 59. Dondæus *consul.* 4. *num.* 27. & 28. Palm. Nep. *alleg.* 261. *numer.* 51. *tom.* 3. itaut tanti sit hæc præsumptio, ut non admitat. probationem in contrarium, ac operetur, quod taliter succedens habeatur, ac si esset hæres scriptus in Testamento ad
34 Text. *in l. conficitur*, ibique Gloss. & *in lib. si quis cum nullum*, ibique Gloss. *in verb. rupisset ff. de jur. codicill.* cun concordan. per Marcian. *disput. forens.* 8. *num.* 31. & 32. *libr.* 1. Haud diversimodè respondendum crederem; Siquidem in Statuto verbis claris, & apertis legitur dispositum, quod *nulla mulier possit ab intestato succedere existentibus agnatis masculis infra octavum gradum*, & in novis Reformationibus, quod hæreditas fratris non sit deferenda sorori *existentibus agnatis masculis*, & aliis similibus superius ex parte recensitis, ex quibus cum negari non valeat, quin fœminarum exclusio fuerit facta contemplatione agnatorum masculorum, sicque ipsis competere ius successionis, quamvis ad ipsos verba non fuerint directa, præsertim quoties compræhensio fuerit facta per verba ablativi absoluti *existentibus agnatis* quæ prolata à Statuentibus, qui habent disponendi potestatem, inducunt dispositionem, & operantur perindè, ac si per statutum fuisset cautum, quod hæreditas ad ipsos pertineret, exclusis aliis omnibus in Statuti ver-
35 bis non compræhensis, ut relatis aliis, de quibus Bellon. *de jur. accresc. tom.* 3. *capit.* 19. *quæstion* 12. *numer* 105. & 106. & in terminis hujusce Statuti adnotat Bartol. *in l. sive ingenua* 2. §. *videndum sub numer.* 1. & 2. *Cod. ad Senat. Consult. Tertull. Castrens. consil.* 57. *sub numer.* 3. *lib.* 1. Barbat. *consil.* 48. *numer.* 7. *tom.* 3. Cioff. *consil.* 45. *numer.* 10. *libr.* 2. Altograd. *consil.* 82. *sub numer.* 22. *lib.* 1. Utique nonnisi ad Bettinum, & Octavianum pertinere debebit successio, de qua agitur, exclusis prorsus, nedùm Magdalena Matertera, sed etiam propriis Sororibus, dum quoad ipsos dumtaxat verificantur verba, & requisita ejusdem Statuti, & ipsis solis adamussim congruunt qualitates ab eodem exoptatæ, sicquæ eorum favore intret regula, quod ubi Statuti verba habent locum, illius quoque dispositio locum habere debet,
36 quam afferunt in terminis istiusmet statuti Cioff. *consil.* 8. *num.* 1. *lib.* 1. & in terminis similis successionis Jason. *consil.* 142. *numer.* 25. *vers. ergo concurrunt lib.* 2. Vegg. *consil.* 36. *numer.* 75. & 90. Peregrin. *consil.* 50. *numer.* 1. & 4. *in fin. lib.* 3. Bartholom. Stella *apud Fusar. consil.* 19. *num.* 18. *vers. cum itaque* Camill. Villan. *apud Donat. Ant. de Marin resol. jur. lib.* 1. *resol.* 131. *sub. num.* 23.

Atque facilius cum nonnisi quoad ipsos valeat habere locum mens, & ratio ejusdem Statuti, quæ potissimum
37 in hoc inscidienda, Riminald. Jun. *consil.* 67. *num.* 13. & *seqq. & consil.* 749. *numer.* 26. ità quidem, ut satis fit ad effectum, de quo agitur, mentem, & rationem habere, quamvis verba Statuti deficiant, quinimmò quoties de ea constat, liceat etiam verba offendere, mentem servando, & rationi inhærendo, ad tradita in terminis huiusce Statuti per Bald. *inter consil. Angel. fratris consil.* 68. *repe-* 38
tit. consil. 281. *vers. in qua quæstione*, Cioff. *dict. consil.* 8. *numer.* 20. *lib.* 1. & in terminis aliorum similium Statutorum, post alios, quos cumulant latè Eugen. *consil.* 5. *num.* 52. *& seqq. lib.* 1. Gob. *de jur. intest. success. observ.* 17. *num.* 15. & generaliter tàm quoad dispositiones statutarias, quàm testamentarias, ad terminos nostræ quæstionis Rot. Florent. *in Causa de Barbolanis Lib. Mot.* 18. *pag.* 19. *tergo decis.* 8. §. *Et quod hæc in fin.* & quidem cum hæc omnia in ipsis verificentur quoad utramque partem ejusdem Statuti, nempe inclusivam, & exclusivam, prout hoc casu videtur requiri, Honded. *consil.* 1. *ex numer.* 13. 39
cum seqq. lib. 1. Palm. Nep. *allegat.* 150. *numer.* 13. & *seqq. & allegat.* 153. *numer.* 7. *& alii per R. P. D. Ansald. in annot. ad suam decis.* 12. *num.* 23.

Non enim potest contendi, quod mens, & ratio Statuti, de quo est fermo, ea fuerit, quod bona in agnatione essent servanda, & perpetuanda, indeque Familiarum decor, & memoria in suo splendore firmus, intactusque esset permansurus, & quidem ut hæc fuerit ratio unica, & finalis ejusdem Statuti, ut iam superiùs tetigimus, & satis elicere est ex verbis tam ejusdem Statuti, quam Novarum Reformationum illi additarum, necnon Edicti pro earundem Reformationum publicatione materno idiomate evulgati, atque apertiùs ex toto eorum contextu, & integro tenore impresso per De Luc. *in loc. sup. alleg.*, cum in eis plura legantur, ex quibus ratio præfata, vel expressa vel pro expressa debeat inibi haberi, unde de eodem Statuto Florentino, id à Doctoribus communiter traditum, & præcipuè per Bald. *inter* 40
consil. Angel. Fratris cons. 281. *numer.* 4 *idem Angel. consil.* 283. *num.* 4. & 5. & ibidem Paul. Bech. Aretinus *consil.* 344. *numer.* 4. Ruin. *consil.* 43. *num.* 8. *ad fin. juncto princip. libr.* 3. Cioff. *consil.* 8. *sub numer.* 14. *vers. voluisse autem lib.* 1. Aldobrand. *cons.* 100. *numer.* 18. *lib.* 1. Raudens. *cons.* 4. *numer.* 40. *lib.* 1. ubi quod id est notum Jacob. Gall. *cons.* 4 *numer.* 29. *& cons.* 9. *numer.* 5. Adden. *ad Thesaur. Pedemont. decis.* 263. *litt. A.* Altograd Jun. *contr.* 94. *sub num.* 58. *vers. secundò quia, iunctis tradit. anteced. numer.* 57. De Luc. *de success. ab intestat. discurs.* 8. *sub. numer.* 19. & 20. *& de fideicomm. discurs.* 231. *numer.* 27. Rot. Floren. *in Motivo impress. apud Vivian. de jure patr. part.* 1. *lib.* 4. *capit.* 3. *sub numer.* 8. §. *Et cum hujusmodi statutum in fin. & in alio Motivo impress.* apud Manf. *cons.* 104. *numer.* 16. *repetit. apud* Palm. Nepot. *Lucens. decision.* 210. *numer.* 24. & fusè hoc probato in *alio Motivo pariter ibid. impress. decis.* 213. *num.* 35. *& pluribus seqq.* ubi *numer.* 41. referuntur alia ejusdem Rotæ Motiva, & dicitur id Florentiæ canonizatum, & non tetigimus *in Respons. in Florentina Legitimæ num.* 28. *impress.* post Albic. *de inconsi. in judic. fol.* 189.

Prout sanè, & hac de causa istaque ratione tanquam unica, & finali esse condita similia ferè omnia Statuta, quamvis in eis non legatur expressum, communiter habetur à Doctoribus traditum, & à Tribunalibus receptum, ex quo nulla alia potest excogitari ratio, quæ sit tam certa, quemadmodum est ista conservandæ agnationis, sicque quoties ratio alia diversa non exprimitur, ea sit conjecturanda, & præsumenda, quæ justos, & sapientes Conditores probabiliùs movere potuit, prout est ista conservandæ agnationis, ideoque sola videatur admittenda uti interpretatio non extensiva, sed intellectiva, juxtà ea, quæ latè tradunt Brun. *in tractat. quod stant.* 41
mascul. artic. 3. *numer.* 13. & *seqq.* Mascard. antiquiores cumulans, *de gen. statut. interpr. conclus.* 4. *numer.* 170. & *plur. seqq.* Castrens. *cons.* 85. *numer.* 1. *in fin. vers. sed de tali statuto vol.* 2. Soccin. Jun. *cons.* 10. *numer.* 12. *lib.* 4. Paris. *cons.* 110. *numer.* 2. *lib.* 3. Gabr. *cons.* 14. *numer.* 10. & *seqq. lib.* 1. & *cons.* 19. *numer.* 1. *libr.* 2. Jo. Anton. Bellon. *cons.* 74. *numer.* 73. Bott. *cons.* 79. *sub numer.* 20. *vers. quia ratio*, Tob. Non. *cons.* 42. *num.* 30. Odd. *cons.* 59. *numer.* 17. Ruger. *cons.* 26. *numer.* 41. *lib.* 1. Galvan. *cons.* 34. *numer.* 74. Eugen. *cons.* 41. *numer.* 17. & 43. *lib.* 2. Redenasch. *cons.* 27. *sub numer.* 18. Marth. *de success. legal. part.* 2. *quæst.* 4. *art.* 13. *numer.* 3. & 4. Robles *de represent. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 8. Micalor. *de fratrib. part.* 3 *cap.* 9. *num.* 6. Gratian. *discept. for. cap.* 653. *nu.* 45. & *cap.* 66. *nu.* 13. Cirocc. *discept. for.* 4. *nu.* 22. & *discept.* 22. *num.* 7. Tranchedin. *consult.* 70.

num.

num. 5. & *seqq.* Mans. *consult.* 14. *num.* 7. & *seqq. vol.* 1. & *consult.* 101. *sub num.* 7. *in supplem. fideicomm. & legator. volum.* 9. Rocc. *disput. jur. select. cap.* 39. *sub num.* 4. *tom.* 1. Mart. Medic. Senen. *decis.* 53. *num.* 10. Casareg. *elucubr. ad Statu. Genuæ tit. de success. ab intest.* §. 12 *ad vers. & Patrui defuncti num.* 50. *fol.* 232. & *ad vers. & liberi masculi num.* 2. *in fin. fol.* 237. Rot. *coram Cerro decis.* 126. *num.* 2. & 3. & *in recent. decis.* 563. *num.* 2. *par.* 1. & *dec.* 267. *nu.* 14. *part.* 9. & aliis pluribus congestis, contrariisque, vel rejectis, vel posthabitis, Innocent. *de success. municip. quæst.* 3. *num.* 15. & *per tot.* & Gobb. *de jur. intest. success. in prælud. num.* 28. & latius omnium Rot. Flor. *in sup. alleg. Motiv.* apud Palm. Nep. *d. dec.* 213. *eod. num.* 35. & *seqq* ubi *nu.* 38. afferuntur alia ejusdem Rotæ Motiva, quibus ostenditur, hanc opinionem Rotam illam pluries, fuisse amplexam.

Idque dubio procul ad terminos nostris Statuti, animadversis prædictis Novis Reformationibus eidem Statuto additis, quibus illius dispositio nedum fuit aucta, & ampliata ad alios Agnatos in Statuto antiquo non comprænfos, ut sic magis declaratum existeret, quod illius causa finalis, & ratio unica fuerit conservatio, & major perpetuatio agnationis, ad notata in terminis in *eod. Mot. im-*
42 *press.* apud Palm. *decis. Lucens. decis.* 213. *num.* 47. *ad fin.* & simili Statuto per Rot. *coram Cerr. decis.* 126. *num.* 15. *repetit. in recent. dec.* 267. *num.* 15. *par.* 9. sed etiam molliendo asperitatem antiqui Statuti, quo Mater à luctuosa filii hæreditate, etiam per illius sororem erat exclusa, fuit id sublatum, & noviter cautum, quod per sororem filii defuncti, Matris exclusio non induceretur, sed inter eas ordo, & dispositio Juris communis in futurum esset servanda, *quia cessante in sorore favore agnationis, non visum fuit æquitati consonum ad præjudicium Matris à Jure communi recedere*, ut sunt earundem Reformationum verba: Ut sic ex hac generali ratione in omnes, & singulas partes dispositionis ejusdem Statuti influente, haberetur litteraliter expressum, quod non odio personarum, sed solo favore agnationis Statutum dijudicandum esse conditum, &
43 quidem considerando istum favorem agnationis non simpliciter, quantum in se est, dum alias per vocationem sororis ad exclusionem Matris, non potuisset dici cessare agnationis favorem, cum certum sit, quod Statutum vocando fœminas agnatas ad exclusionem fœminarum non agnatarum, adhuc dicitur favore agnationis conditum, ad hoc ut ea ratione fœmina agnata, non extantibus masculis sit ex illius dispositione, uti talis ad intestatam successionem admittenda, juxtà latè firmata per Rot. *cor. Cels. dec.*
44 125. *num.* 11. & 12. *junct. num.* 4. *ac per tot.*, quam summatim refert Rub. *de validit. legal. cap.* 61. *num.* 95. & 96., ac in terminis statuti excludentis matrem per sororem per Ruin. *cons.* 22. *nu.* & *vol.* 3. cunctis cumulatis per Bertaz. *cons. civil.* 62. *nu.* 20. & *seqq.* Rot. *coram Bich decis.* 350. *nu.* 45. & alios, sed illud considerando quatenus respicit ipsius agnationis conservationem, & perpetuitatem, quę potissimùm est causa similium statutorum fœminas propter masculos excludentium, imò eorundem causa finalis, & præcipua, re sola de mente statuentium, ut loquen-
45 do de hoc Statuto Florentino animadvertit Angel. *cons.* 283. *n.* 5. *ad fin. vers. & quia hæc ratio perpetuitatis*, dum hæc per sororem conservari, & continuari non valet, ex quo nubendo in alienam familiam, prout passim contingere solet, est finis familiæ, & propriam agnationem potiùs destruit, quàm conservet; Casanat. *cons.* 4. *num.*
46 206. Capon. *discept. forens. cap.* 59. *numer.* 45. & *seqq.* Contr. *discept. forens. caus.* 46. *sub num.* 18. Rot. *in recent. dec.* 69. *num.* 20. *par.* 17. indeque illius successio hujusmodi conservationi, & continuationi potiùs repugnet, Rocc.
47 *selectar. disput. jur. cap.* 19. *num.* 3. & 4. *tom.* 1., nam hoc casu filios agnatos, qui illam continuare valeant, procreare nequit, nec propterea dum Statutum consideravit favorem agnationis, illa agnata dici mereatur, Merlin. *de*
48 *legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 2. *num.* 7. 8. 9. & 10. Sicque dum Reformationes noluerunt matrem per sororem esse exclusam, quamvis in antiquo Statuto contrarium esset dispositum, addita ratione, quia in sorore cessat agnationis favor, nil aliud voluisse est credendum, quam demonstrare, quod iste favor agnationis esset intelligendus in illius conservatione, & continuatione, propter quam illę solùm personæ per quas agnatio stabilitatem, fundamentum, atque perpetuitatem recipit, ad successiones censerentur vocatæ, nec sine ratione, cum in successionibus causa perpetua sit consideranda, nec proinde illa persona admittenda, quæ agnationem in posterum supprimere debet, Larrea *Granat. dec.* 51. *sub num.* 22. *vers. se tamen* 49
49. *lib.* 2.

Hoc autem posito, cum certum sit, quod quoties sola ratione conservationis memoriæ generis, & bonorum in agnatione, constat inventum, & conditum fuisse simile statutum, ab eadem ratione, tanquam unica, & finali, argumentum est deducendum tam ad illud, quam ad alias omnes similes dispositiones declarandas, & interpretan- 50
das, ut passim asserunt, & probant Scribentes, quos cumulant, & sequuntur Bald. *in l. maximum vitium num.* 15. & 16. *C. de liber. præterit.* Roman. *cons.* 32. *num.* 5. Honded. *cons.* 4. *numer.* 72. *vol.* 1. Montepic. *cons.* 85. *numer.* 38. Gabr. *cons.* 14. *num.* 12. *lib.* 1. & *cons.* 19. *num.* 1. *lib.* 2. Ruger. *cons.* 25. *nu.* 51. & 52. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 5. Bellon. *de jur. accresc. cap.* 9. *qu.* 12. *n.* 28. *tom.* 3. Actolin. *resol.* 13. *num.* 57. Tranchedin. *cons.* 70. *nu.* 16 17. *cum seqq.* Constantin. *ad statut. Urb. annotat.* 39. *art.* 1. *n.* 4. Utique etiam manifestum erit Bettinum, & Octavianum esse dicendos Agnatos ad terminos Statuti, de quo agitur, nam quoties Statutum unica, & præcipua ratione conservandæ agnationis fuit conditum, prout est nostrum, ut diximus, verbum *Agnati* in eo positum latiùs interpretandum, adeòque etiam de transversalibus, & de agnatis lineæ contentivè est intelligendum, ut in termi- 51
nis similium statutorum egregiè tradunt Rot. *cor. Peuting. decis.* 371. *num.* 3. & alii per Gobb. *de jur. intest. success. observ.* 19. *nu.* 30.

Nullaque intercedente difficultate, quoad nostrum Statutum, cum generaliter loquatur de agnatis, quod est verbum latissimum, ut post Ancharan. *cons.* 95. animadver- 52
tit Menoch. *cons.* 424. *sub num.* 11. & 20. Illumin. Moron. *resp.* 36. *n.* 11. & quod restringi minimè potest, Massin. *de confisc. qu.* 29. *nu.* 14. & ad terminos nostræ quæstionis Bar- 53
thol. Stella apud Fusar. *cons.* 19. *sub n.* 32. *vers. primo quod in casu*; Ideoque de omnibus à communi stipite descendentibus, & per virilem sexum conjunctis, quive portant idem nomen, eademque insignia familiæ, prolatum intel- 54
ligitur *l. ult.* §. 1. *in fin. ff. de gradib. l.* 2. §. *agnati ff. de suis, & legit. hæred. instit. de legit. agnat. success. in princip.* Dec. *cons.* 86. *n.* 27. & *seqq. lib.* 3. Sacca *respons.* 65. *num.* 9. *lib.* 1. Negusant. Jun. *in Sylv. respons. qu.* 275. *n.* 32. Ciarl. *contr. for. cap.* 23. *n.* 12. *lib.* 1. Cyriac. *controv.* 281. *num.* 13. Larrea *alleg. fisc.* 11. *n.* 474. & 476. *to.* 2. Andreol. *contr.* 337. *nu.* 10. Rocca *disput. jur. select. cap.* 2. *nu.* 3. *tom.* 1. Vicecom. apud Mans. *cons.* 459. *num.* 22. Post Bonon. *decis.* 68. *num* 34 & 35. Rot. *coram Merlin. decis.* 669. *num.* 20. & *seqq.* cor. Cels. *dec.* 341. *num.* 2. & *in rec. dec.* 15. *num.* 32. *par.* 7. & ad terminos nostræ quæstionis Bartholom. Stella apud Fusar. *d. cons.* 19. *sub n.* 11. *vers. sunt etiam de agnatione*. Quodvè propter suam generalitatem tam descendentes, quam transversales, uno eodemque nomine agnatorum complecti voluisse sit dicendum, dum omnes veniunt à communi stipite, ut ad explicationem similium statutorum benè inquit Gozadin. *in repet. l. qui se patris n.* 55
168. *C. unde liber. tom.* 8. Rep. civil. *pag. mihi* 148. *juxta antiq. ædi.* & universim affirmant Peregr. *de fideicom. art.* 22. *nu.* 25. & 26. Hoemping. *de jur. insign. & armor. cap.* 7. *n.* 315. Escobar. *de purit. & nobilit. proband. quæst.* 4. §. 1. *n.* 7. Alderis. *de hæred. tit.* 2. *n.* 131. Laurent. de Pinu. *cons.* 12. *num.* 3. & 9. Gabriel. *cons.* 132. *num.* 32. *lib.* 1. Valenzuel. *cons.* 40. *nu.* 37. Garon. *var. resol. cap.* 7. *num.* 7. Hodiern. *controv. forens. cap.* 11. *n.* 43. De Rosis *observat. jur. select. cap.* 43. *n.* 63. & 64 Palm. Nep. *alleg.* 235. *nu.* 26. *tom.* 3. Zuccar. Lucens. *dec.* 76. *num.* 152. Rota *in recent. dec.* 93. *n.* 10. *circa med. par.* 1. *dec.* 174. *n.* 3. & 5. *par.* 4. *dec.* 14. *nu.* 11. *par.* 8. *decis.* 714. *num.* 3. & 4. *par.* 18. & *dec.* 226. *nu.* 19. *part.* 19. Immò præcipuè de transversalibus disposuisse, cum magis propriè dicantur agnati illi, qui transversales sunt, quàm descendentes, qui certò, & peculiari nomine descendentium, vel liberorum appellari soleant, agnatio verò ea fit, quæ collateralibus, & transversalibus conficitur, Cephal. *cons.* 510. *n.* 2. *lib.* 4. Me- 56
noch. *d. cons.* 424. *num.* 2. 3. & 4. & *num.* 22. *vers. diversum autem*, Aldovin. *cons.* 91. *nu.* 31. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 11. *nu.* 55. Gargiar. *cons.* 94. *nu.* 74. Massin. *de confiscat. dicta quæst.* 29. *nu.* 12. Crivell. Dolan. *dec.* 22. *nu.* 70. Rot. *in recent. d. dec.* 174. *nu.* 2. *part.* 4. & *dec.* 14.

num.